www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

POETAE LYRICI GRAECI.

RECENSUIT

THEODORUS BERGK.

EDITIONIS QUARTAE

VOL. I.

PINDARI CARMINA CONTINENS.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVIII.



A12881

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

TYCHONI MOMMSENO

D. D. D.

THEODORUS BERGK.

Tricesimus quintus agitur annus, ex quo haec poetarum lyricorum sylloge primum foras data est: quam cum denuo retractatam e manibus dimitto, animum subit imago virorum desideratissimorum Augusti Meinekii et Friderici Theophili Welckeri, quibus si licuisset novam hanc operis ampli et laboriosi editionem, quemadmodum priores inscribere, iustos et aequos nactus aestimatores studiorum meorum satis magnum fructum percepturus eram. Nunc, quandoquidem pro virili parte officium exsecutus mihi videor, sufficit haec conscientia: nam incorrupto posteritatis iudicio non tam id, quod laudatores plurimos invenit probatur, quam quod re vera laudandum est.

In Pindaro recensendo usus sum ut par est instrumento critico, quod insignis Mommseni industria et fides suppeditavit, quibus auxiliis carebam, cum tertium ederem Pindari carmina. Hanc tertiam editionem sub examen vocans Christius Monacensis, novissimus editor, iure quidem feliciorem sibi sortem obtigisse gratulatur, quod copiis a Mommseno paratis uti potuerit, sed quod me reprehendit, qui codices neque optimos neque subtiliter ponderatos adhibuerim, ea censoris nota quorsum spectet, non satis assequor. Equidem olim Boeckhii copiis usus sum, quas ut potui auxi; si quis meliorum subsidiorum incuriosum me fuisse incuset, crimen hoc facili negotio diluere licet, sed tacere satius est. Veteres libros una cum apographis quamvis inquinatos plurimis vitiis, at interpolationis immunes segregandos esse a codicibus recentioribus, in quibus Byzantinorum criticorum libido grassata est, primus docuit Boeckhius (vid. praeter Boeckhii editionem inprimis commentationem de crisi Pindari in actis Ac. Berol. 1822—3 p. 318 seq.), non Mommsenus, quem credo valde miratum fuisse, sibi illam laudem a novissimo Pindari editore vindicari. Ego Boeckhium ducem secutus tam melioribus quam deterioribus libris caute simul et libero iudicio usus sum: nam quamvis diligentius, quam priorum quisquam poetae orationem ad librorum fidem examinaverim, omnem tamen superstitionem procul habui. Quod Christius asserit, me etiam iis locis, quibus

a codicibus recte aestimatis lex et norma petenda sit, meo arbitrio indulsisse, quorsum pertineat non intelligo, nisi forte mihi vitio vertit, quod spreverim sordes, quibus ipse Pindari carmina contaminavit; sed de his quantum satis dictum in Prolegomenis ad Pindarum. Solet Christius ex aliorum obtrectatione sibi laudem parere, nihil curans, verene an falso socios operis culpet: nam qui confidenter scripsit, me vacui temporis in versuum numeris tam incertum locum esse arbitrari, ut ubicunque numeri vacillent, adhibuerim, is pro intestabili habendus. Verum vanas has calumnias nihil moratus pergam itinere, quod institi. Criticorum pericula re et eventis aut refelluntur aut confirmantur. Me quidem Pindaro emendando non frustra operam dedisse vel inde intelligitur, quod ea, quae divinando assecutus eram, codicum recens collatorum auctoritate saepius stabilita sunt. Itaque alacri animo, quamvis aliorum studiorum labores urguerent, de integro Pindari carmina relegi, ut pro virium modulo pristinum nitorem restituerem: *Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.*

In editione tertia adornanda vir doctissimus Alfredus Holder cum alia subsidia officiose subministravit, tum exemplum secundae editionis, in cuius margine iis epigrammatis, quae ex Anthologia Palatina deprompta sunt, addiderat scripturae varietatem, codice Heidelbergensi diligentissime examinato. Hunc codicem denuo perscrutatus Georgius Finsler Turicensis (*kritische Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Anthologie.* Turici 1876) dilucide de diversis codicis partibus deque variis librariorum et correctorum manibus exposuit: [1]) ostendit enim, cum scriba saepe et nomina poetarum et argumenta epigrammatum omisisset, postea lemmata addita esse ab alia manu, indices autem poetarum rursus ab alio adscriptos esse, qui ad corrigendum codicem adhibuerit eum librum, quem Michael *ὁ χαρτοφύλαξ* sua manu descripserat ex archetypo ut videtur Constantini Cephalae. Sed mihi quidem corrector hoc exemplo, cuius praecipuam esse auctoritatem ap-

---

1) Ipse in edit. 3 p. 1035 ad Anacr. Epigr. 102 dixi me sperare fore, ut difficilem quaestionem, quae est de lemmatis cod. Palatini a diversis manibus adiectis, ipse Holder pertractaret. De Holderi collatione Finsler p. 16 haec animadvertit: „*Mit dieser Unterscheidung der verschiedenen Hände stimmen, was die Lemmata anbetrifft, die Angaben Holders insofern überein, als dort in jedem einzelnen Falle die verschiedenen Hände richtig geschieden werden. Aber Holder hat sich verleiten lassen in den Lemmata des ersten Theiles nur zwei Hände zu scheiden, während es deren drei giebt.*“ Confido equidem iis, quae Finsler observavit, sed mihi repetenda sunt ea, quae Holder olim adnotavit; iis locis, de quibus Finsler plane testificatur manuum discrepantias, si operae pretium videbitur, dissensum notabo.

paret, tantum usque ad VII 428 (cod. p. 273) vel VII 432, usus esse videtur,[1]) nam neque posthac Michaelis fit mentio et si recte memini emendationes omnino rarescunt: sed corrector, quamvis deficiente hoc exemplo, operam suam per intervalla continuavit, alio adhibito antigrapho.[2])

Finsler in Anthologiam Constantinianam per librariorum manus traditam inquirens cum industriam et iudicii subtilitatem luculenter probaverit, tamen in gravissima quaestionis parte, quae poetarum indices spectat, minus satisfecit, quandoquidem alieno quam suo ingenio sapere maluit. Existimat enim Kaibelium secutus librarios Byzantinos tam curiosos fuisse quam nostros criticos ad investiganda poetarum nomina, ut epigramma aliquod *ἀδέσποτον* ferri raro sint passi (p. 123 seqq.). Si Finslerum audimus, plurima nomina a librariis plane pro arbitrio et coniecturae ope sunt adiecta; itaque si apud Planudem poetae nomen deest, quod extat in cod. Palatino a pr. m., continuo huic libro fidem derogat. Correctorem, cum saepe nomina poetarum in eo libro omissa suppleverit, his quoque locis Michaelis exemplo usum esse Finsler largitur, ut iste potissimum huius culpae reus fiat: ita Michaelis apographum, quod ex ipsius Constantini libro descriptum fide praeter ceteros dignum esse videbatur, de loco suo deiicitur, atque excerptis Parisinis, in quibus nulla poetarum nomina comparent, maxima foret auctoritas.

Qui liber a praeceptis opinionibus haec examinaverit, facile animadvertet librarios multo saepius omittendis, quam addendis poetarum nominibus peccavisse: nec mirum, nam homines de vulgo non curant admodum talia, cum doctorum sit indagare, quis quidque scripserit: ita fit, ut librarius quamvis religiose exemplum descripserit, hos indices fere negligat. Inde orta discrepantia exemplorum in hac parte: ad restituendum igitur Constantinianae Anthologiae archetypon omnia apographa pariter sunt adhibenda.

In primis animadversione dignum passim singulis epigrammatis duorum poetarum nomina inscripta esse, id quod fidem librariorum a Finsleri criminibus satis superque defendit: nam si

---

1) Nam huc usque corrector dicit se Anthologiam contulisse cum Michaelis exemplo: legitur prior adnotatio p. 273 codicis in superiore margine, altera p. 274 item supra, ab eadem manu utraque scripta, vid. Finsler p. 72. Jacobs T. III, p. 326 et p. 328 alteram notam alia manu scriptam esse dixerat, itaque ego in ed. 3 p. 966 dixi me nescire, a qua manu prior nota sit addita. Atque nunc quoque repetita haec duabus continuis paginis nota haesitantem reddit.

2) Ita VII 735 adscripta nota *ἕως ὧδε*, quam Paulsen p. 46 non recte interpretatus est, addendum enim *ἀντεβλήθη*. Nam ne in hac quidem parte corrector sine exemplo relegit Anthologiam, ut arguit nota ad IX 460 *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη*.

illis nota *ἄδηλον* sive *ἀδέσποτον* tantopere odio fuit, unum nomen sufficiebat: neque illi utuntur vocula *ἤ*, si duo nomina adscribunt [1]), sed plerumque traditionis diversitatem plane testificantur, velut *Λεωνίδου οἱ δὲ Μνασάλκου*, *Διοσκορίδου οἱ δὲ Νικάρχου*, vel *Ἀσκληπιάδου τινὲς δὲ Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως*, vel *ἄδηλον τίνος οἱ δὲ Λεωνίδου*, VII 5 m. pr. *ἄδηλον*, m. s. *οἱ δέ φασιν Ἀλκαίου Μυτιληναίου*. Apparet igitur singulis locis diversam memoriam traditam fuisse, quam Constantinus Cephalas diligenter notavit vel ex exemplis, quae ei ad manum erant, in suum apographum transtulit. [2]) Poetae nomen quando coniectura est repertum, passim notatur, velut VI 285 *Νικάρχου δοκεῖ*, VI 273 *ὡς Νοσσίδος*. Quod si Planudes his locis fere unum tantum nomen exhibet, sive ipse sive prior aliquis librarius, indicem in breve coegit, itaque omitti solet posterius nomen, velut VII 173 *Διοτίμου οἱ δὲ Λεωνίδου*, Plan. *Διοτίμου*, VII 190 *Ἀνύτης οἱ δὲ Λεωνίδου*. Item si Planudes *ἄδηλον* scripsit, ubi corrector cod. Pal. *Ζηνοδότου οἱ δὲ Ῥιανοῦ* VII 315, potius illius negligentia, quam correctoris temeritas culpanda. [3])

Equidem non infitior librarios passim aliquid addidisse vel novasse [4]), sed ut quantum fieri potest, Anthologia quemadmodum

---

1) Uno alterove tantum loco hoc legitur, velut VII 316 *Λεωνίδου ἢ Ἀντιπάτρου*.

2) Qui contendit, librarium his locis bina nomina suo periculo addidisse, is interpolatorem simul manifesti mendacii reum facit, qua criminatione temere uti calumniatoris est.

3) Finsler p. 136 contendit haec duo nomina Michaelem suo arbitrio addidisse. At Zenodoti nomen fortasse per errorem se insinuavit, sed non potest ex interpolatione ortum esse, siquidem qui antiqua litterarum monumenta adulterant, probabilia sectantur. Atque etiam Finsler largitur, nonnunquam ratione atque idoneis argumentis usos correctores epigrammata poetis attribuisse, velut p. 130 et 135, nimis ille quidem liberalis: nam illis saeculis, ut captus erat Byzantinorum, haud quisquam divinaverit VI 21 Callimachi esse epigramma. Finsler inventionis laudem rursus imminuens contendit, non ipsius Callimachi, sed imitatoris esse poematium. Ita hariolationum nullus finis; quin tenemus lemma illud *Καλλιμάχου*, quod antiquitus traditum, non coniectura repertum esse consentaneum est, siquidem Choeroboscus Herodianum describens (cf. Herodian. T. II 653 ed. Lentz) genitivos *Ἐχέμμα* et *Ἀρίμμα* composuit (*Ἐχέμμα* hic legitur, *Ἀρίμμα* in alio Callimachi epigr. VII 524), Herodianum autem principes non imitatores aut proletarios adhibere constat.

4) Velut corrector VII 60 *τοῦ αὐτοῦ* delevit et *Σιμμίου* adscripsit, quae correctio ex male intellecto compendio notae CM i. e. *σημείωσαι* mihi orta videtur, vide ad Simmiae fr. 1. — VI 343 a m. pr. *ἄδηλον* inscribitur, ibi non corrector, sed librarius (quarta manus sec. Finslerum p. 137), qui potissinum lemmatis auxit codicem, *Ἡροδότου* adiecit, recordatus hoc epigramma apud Herodotum legi V 77. Cephalas *ἄδηλον* inscripsit, quemadmodum VI 341 *ἀδέσποτον*, quod item extat

olim a Cephala concinnata est, restituatur, etiam in poetarum indicibus omnia subsidia pariter adhibenda. Sin fastidiose spernimus, solum subtrahitur, ut nihil iam sit stabile aut certum.

Saepe corrector solus poetarum nomina adscripsit, velut Simonidis: hoc argumento cupide utentur, qui huius poetae epigrammata tantum non omnia subditicia esse censent, confidenter fabulati, a Suida demum et Tzetze Simonidem epigrammatographum nuncupari. Atqui Simonides olim princeps in hoc poesis genere habitus est: aequales studiosissime eius operam expetebant, ut rerum a se gestarum memoriam aeternitati consecrarent; et qui deinceps ad hoc poesis genus animum applicaverunt, diu diligentissime Cei vatis vestigia legere sunt soliti. Itaque Simonidis multo plura, quam aliorum antiquorum poetarum epigrammata sunt servata, in quibus dubiae auctoritatis carmina aut aliena inesse dudum critici animadverterunt. Nam epigrammatum, quae quidem monumentis vel publicis vel privatis inscripta erant, propter vetustatem aut incuriam origo plerumque incomperta: itaque qui primi his carminibus colligendis operam dederunt, ubi idonea testimonia deerant, incertam famam secuti sunt vel coniecturam de scriptore poematii suo periculo fecerunt. Cum iam antiquitus parum munita esset memoria, postea ubi haec poematia eclogarum compendio potissimum propagata sunt, veritas multo magis est obscurata et erroribus obruta. Critici igitur est haec religiose recto liberoque iudicio examinare, ut germana ab insiticiis segregentur: sed saepe omnibus momentis ponderatis iudicium cohibendum: decet enim omnem libidinem ac temeritatem procul habere, quae nunc impune grassatur et antiquarum litterarum monumentis plus attulit detrimenti, quam priorum superstitio ac nimia auctoritatis reverentia. Velut ista protervitas iam eo prolapsa est, ut Simonidi pleraque epigrammata abiudicaverit, saepe argumentis futilibus aut nullis usa: neque defuturos auguror, qui reliqua, quibus pepercit criticorum acumen, in eandem fraudis aut erroris suspicionem adducant, ut tandem penitus tollatur inveterata opinio de Simonide epigrammatum scriptore. Huic temeritati fortiter est resistendum; nam si latius serpserit malum,

---

apud Herodotum IV 88. Haec duo epigrammata non ex sylloge Meleagri, qui adespota carmina non curabat, sunt deprompta, neque a Cephala ex Herodoto adiecta, sed e periegetarum commentariis propagata in Constantinianam anthologiam devenerunt: argumento est insignis lectionis varietas in epigrammate VI 341; architectus Samius apud Herodotum *Μανδροκλέης*, hic *Μανδροκρέων* vocatur, apud Herodotum v. 3 legitur *αὐτῷ μὲν στέφανον περιθείς*, hic *τῷ μὲν δὴ στ. π.* i. e. *οἱ μὲν δή*, v. 4 *Δαρείου βασιλέος ἐπτελέσας κατὰ νοῦν* omissus est in Anthologia, non librarii socordia, sed cum periegeta hunc titulum describeret, in monumento Samio versus novissimus dedita opera fuit oblitteratus, ut memoria facinoris, quo patriae proditor gloriabatur, saltem obscuraretur.

verendum est, ne in Germania antiquarum litterarum studia penitus extinguantur, siquidem apud nos nunc non solum ignavum vulgus et tirones haec somnia pronis animis amplectuntur, sed etiam homines docti obsequi solent; inertes enim fugiunt severe inquirendi laborem vel veritatem patefacere non audent, quoniam offensionem habet [1]).

Scr. Bonnae d. XII. m. Oct. a. MDCCCLXXVII.

---

1) Uno sed luculento defungar exemplo. Cum iam olim critici nonnulli epigramma in memoriam eorum, qui in proelio Chaeronensi ceciderunt, quod legitur apud Demosthenem in oratione pro Ctesiphonte, in fraudis suspicionem vocassent, nuper Kaibel non solum probavit hoc iudicium, sed etiam germanum carmen in Anthologiae Palatinae angulo (VII, 245) indagavisse sibi visus est, qua coniectura nihil perversius aut magis temerarium vidi: nam planissime adversatur Demosthenes, si quis oratoris verba ex artis legibus et sine fraude interpretari instituet. Nihilominus Kirchhoff (in Mercurio VI 487) non dubitavit adsentiri Kaibelio, cuius commenta et errores de his epigrammatis convici certissimis argumentis Vol. II. Omnino Kaibelio nihil temere credere oportet, qui quanta levitate munus suum administrare solitus sit, quum aliis locis, tum in Museo Rhenano XXVIII, p. 440 ostendit: selegi hoc, quoniam ibi neque librariorum fraudes investigat, neque alios criticos exagitat (nam in aliena insectatione hoc quidem saeculo impune quidlibet moliuntur), sed comprobans quae ego quondam in Gerhardi Eph. Archaeol. 1850, p. 173 de epigrammate Delphis reperto scripsi, haec subiecit: „*subsculptum fuit, ut recte vidit Bergk, Ptolemaei Lagi statuae, quam commemoratam invenio ap. Pausan. X 10, 2.*“ Verum haec, quibus meum inventum exornavit, deprecor. Ego rettuli epigramma ad statuam in honorem Ptolemaei vel Polemaei, positam, qui Ol. CXVII sub auspiciis Antigoni Boeotos, Phocenses, Locros a Cassandri et Macedonum dominatione liberavit: hunc Polemaeum (ita enim in titulo Attico nomen scriptum esse significavi, atque eodem ducunt vestigia in libris Diodori) Kaibel confundit cum Ptolemaeo primo Aegypti rege. Nec minus temere addit statuam illam a Pausania esse memoratam: epigramma satis docet milites Boeotos ducem suum hoc honore adfecisse:

Πεζοὶ δ' ἱππῆές τε γέρας θέσαν, οὓς προέηκεν
δᾶμος ὁ Βοιωτῶν τοῦδε μεθ' ἁγεμόνος
ῥυσαμένους Ὀπόεντα, βαρὺν δ' ἀπὸ δεσμὸν ἑλόντες
φρουρᾶς, Λοκροῖσιν τεῦξαν ἐλευθερίαν.

Ptolemaei regis statua ab Atheniensibus dedicata: Pausanias enim describens donarium propter victoriam Marathoniam Delphis consecratum dicit statuas has Miltiadis, heroum, qui *ἐπώνυμοι* dicuntur, aliorum Phidiam fecisse: tum pergit *Ἀντίγονον δὲ καὶ τὸν παῖδα Δημήτριον καὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτιον χρόνῳ ὕστερον ἀπέστειλαν εἰς Δελφούς, τὸν μὲν Αἰγύπτιον καὶ εὐνοίᾳ τινὶ ἐς αὐτόν, τοὺς δὲ Μακεδόνας τῷ εἰς αὐτοὺς δέει.* Atque hoc signum non Ptolemaeum Lagi filium, ut Kaibel asserit, sed Philadelphum filium ostentabat, a quo tribus *Πτολεμαΐς* nomen traxit, id quod poterat Kaibel ex alio Pausaniae loco discere I 6, 8, ubi verba faciens de Ptolemaeo I haec addit: *καὶ ὡς ἦν οἱ πλησίον ἡ τελευτή, Πτολεμαῖον ἀπέλιπεν Αἰγύπτου βασιλεύειν, ἀφ' οὗ καὶ Ἀθηναίοις ἐστὶν ἡ φυλή.* Sed haec quidem hactenus.

PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE.

Lyricorum poetarum monumenta cum tertiis curis pertractanda essent, sedulo operam dedi, ne industria mea aut fides desideraretur, quamquam publici muneris officia rara otii intervalla his studiis concesserunt. Itaque quantum fieri potuit aliorum inventa studiose undique collegi ac recensui, quamquam vel sic credo nonnullas hominum doctorum correctiones meam diligentiam fugisse; tum vero lectio repetita horum carminum aliquantum incrementi emendationi attulit: nam et ipsorum poetarum reliquias relegi et quae olim de his commentatus sum, sub examan vocavi. Nostra studia verecunde, aliena iuste aestimavisse mihi videor, cavens, ne quid in alios acerbius dicerem, quamvis insignem levitatem, qua hac nostra aetate permulti criticam artem factitant, prudenti homini fastidium movere par sit.

In Pindaro plura novavi speroque ad emendationis perfectionem me propius accessisse, quam antea: nam non solum, quod haec carmina fere sola integra servata sunt, criticae arti factitandae insigni est adiumento, verum etiam poetae summi virtutes animum inprimis detinuerunt, ut praeclaris his ingenii monumentis pristinum nitorem pro virili parte restituere non desisterem. Praeterea hominum doctorum studia, quae novissimo tempore in hoc poeta collocata sunt, multum mihi profuerunt: nam quamvis mihi saepenumero seorsim sentiendi necessitas fuerit imposita, vel sic tamen lubens merito profiteor me etiam ex aliorum erroribus aliquem fructum percepisse. Denique ad Pindarum emendandum etiam nova quaedam subsidia adfuerunt: nam et Mediceis libris nonnullis et Ambrosiano codice ex parte uti licuit: neque tamen integram lectionis varietatem subieci, sed, ut instituti ratio ferebat, potissima selegi.

De Pindaro nuper praeclare meritus est Tycho Mommsen, qui singulari industria plurimos libros manuscriptos exploravit, ut qui postea huius poetae carmina ad criticae artis leges examinabit, iam firmiore fundamento uti possit. Sed quamvis amplissimum hoc sit instrumentum, non tamen satis est praesidii in his libris, qui haud raro in vitiis vel apertis vel caecis conspirant: codices illos ut antiquitate ita virtute multo superant veterum commentariorum reliquiae; horum scholiorum auxilio cum multi poetae loci a criticis nostris sint emendati, haud vana est spes, fore ut alia quoque vitia certa medicina procurari possint, si pari cura etiam scholia librorum ope correcta et suppleta fuerint: ac fortasse etiam glossae, quae supra versus adscriptae leguntur, quaeque fere neglectae sunt, aliquid emolumenti suppeditabunt. Quod si Mommsen hanc quoque laboris partem in se recipiet, meritis suis insignem addet cumulum. Ceterum ipse

Mommseni copiis non potui uti; nam cum eius editio publici facta est iuris, mea Pindari recensio iam absoluta erat: neque si licuisset librorum a Mommseno vel denuo vel primum collatorum fidem et auctoritatem examinare, satis honestum fuisset, alieni fructus laborem continuo huc transferre.

In versibus Pindaricis describendis nihil fere novavi, quamquam existimo nonnulla rectius administrari posse. Sane versuum distributio plerumque certa est, sed quo pacto singula cola discribenda sint, multis locis valde ambiguum: item de aliis, quae *σημασίαν* numerorum attingunt, magna est quaestio. Inprimis stropharum, quae logaoedici sunt generis, numeri nondum satis sunt explorati: neque enim animadverterunt, inanium temporum frequentia hoc numerorum genus inprimis insigne esse. Hic ego, si quae mihi vera aut certe verisimilia videntur, in diagrammate tantum uniuscuiusque carminis significassem, laboris mei fructus fere nullus fuisset: nam oportebat simul causas accuratius explanare, quibus meae rationes nitantur: has autem quaestiones, quae arcta necessitate cum artis rhythmicae legibus coniunctae sunt, ab huius operis instituto alienas esse apparet. Alia autem ita sunt comparata, ut quo modo numeri in diagrammate sint notandi, non ausim diiudicare. Velut leges Stesichorei generis, quo Pindarus praeter logaoedicum in epiniciis plurimum utitur, iam Boeckhius praeclare illustravit, sed mensura rhythmica prorsus incerta: alius aliam coniecturam periclitatur: ego quae de ea re aliquando proposui, ipse iam improbo: illud certum, trochaeos hic solito graviores esse. Apparet igitur, ne inania quidem tempora satis certo hic notari posse.

Huc accedit alia difficultas. Facile quidem fere deprehendimus, ubi poetae verba cum numerorum lege non satis congruunt, sed ad tempora exaequanda utrum silentio an adiectione[1]) usi

---

[1]) Adiectionem sive *πρόσθεσιν* rhythmici videntur appellavisse, quam musici *τονὴν* vocaverunt, uti iam in thesibus philologis significavi. Aristides hic quoque graviter errat, qui *πρόσθεσιν* duorum temporum limma esse dicit. Hanc adiectionem, ubi vocalis longius porrigitur idemque sonus diutius tenetur, videtur etiam Demetrius rhetor spectare de elocutione 74, ubi de vocalium concursione disserit, quam negat tanquam vitiosam plane fugiendam esse, cum etiam ipse sermo in mediis vocabulis haud raro vocales ita consociare soleat, ut continuo se excipiant; tum pergit: *καὶ ἐν ᾠδαῖς δὲ τὰ μελίσματα ἐπὶ ἑνὸς γίνεται τοῦ αὐτοῦ μακροῦ γράμματος, οἷον ᾠδῶν ἐπεμβαλλομένων ᾠδαῖς, ὥστε ἡ τῶν ὁμοίων σύγκρουσις μικρὸν ἔσται τι ᾠδῆς μέρος καὶ μέλισμα.* Nisi forte ille *πεττείαν* intellexit, ubi idem sonus saepius canendo iteratur, quam *πεττείαν* Aristophanes in Euripide videtur reprehendere Ran. 1314, ubi quod scribit Scholiasta *ἡ ἐπέκτασις τοῦ εἰ εἰ εἰλίσσετε κατὰ μίμησιν τῆς μελοποιΐας*, grammaticorum ille, non musicorum utitur vocabulo. Denique quod Fronto dicit p. 126 ed. Berol. 'Isti autem tam oratores quam poetae consimile faciunt atque citharoedi solent unam aliquam vocalem litteram de *(Iu)none* (scr.

sint, plerumque incertum. De his Rossbach et Westphal, qui huc potissimum animum adverterunt ac de hac rhythmicae artis parte egregie meriti sunt, cum alia, tum hoc non recte praecipiunt, in medio vocabulo nullum esse locum silentio: quod praeceptum falsum esse compluribus argumentis ac testimoniis ostendi potest: quae singillatim persequi non est huius loci: itaque breviter perstringam. Etenim poetae vel musici cum carmina modis adaptarent, pariter utroque numeri complemento usi sunt, ita ut in eodem carmine paribus locis modo adiectionem modo silentium adhiberent, quamquam sane consentaneum est, non solum singulis metrorum generibus, sed etiam singulis locis vel hoc vel illud supplementum magis convenire. Documento sunt in primis Mesomedis carmina.[1]) Existimant poetam hic modo anapaestis logaoedicis, modo puris paroemiacis usum esse, ita ut pro arbitrio diversissima haec metra usurpaverit; at id omnino falsum: paroemiaci qui videntur logaoedicorum legem sequuntur, a qua lege eatenus recedunt, quod brevis syllaba, quae est paenultimo loco, reticetur.[2]) Quare passim vacui temporis signum (⏑) in illa ipsa sede versus deprehendimus, velut II 8 et 9 ed. Bellermann:

ι λ μ
Ῥοδόεσσαν ὃς ἄντυγα πωλων
ι ζ λ μ
Πτανοῖς ὑπ' ἴχνεσσι διωκεις.

item III v. 3:

ε λ κ
Ἃ κοῦφα φρυάγματα θνατων.

et ibidem v. 10:

μ λ μ
Γαυρούμενον αὐχένα κλινεις.

Inone) vel de *Aedone* multis et variis accentibus cantare.' item *πεττείαν* videtur spectare.

[1]) Mesomedis enim, non Dionysii, qui nullus fuit poeta, tres illac sunt cantinelae. Frustra adversatus est I. Caesar (Grundzüge der griech. Rhythmik p. 132), qui quod dicit id quod sibi huc usque aliis omnibus visum esse, fumum vendit. Neque Bellermann, vir in primis prudens et doctus, neque alius quisquam, quod sciam, tam mira commentus est: sed dicetur de hac re alias.

[2]) Dixerunt de his versibus Rossbach et Westphal I p. 87 seq., ubi recte intellexerunt, anapaestis cycliis hos versus constare, sed quae ratio inter paroemiacos, qui videntur, et versus logaoedicos acatalectos intercedat, non animadverterunt. (Hos logaoedicos anapaestos, in quibus paenultima syllaba reticetur, novissimis saeculis Graeculorum poesis frequentabat: huc opinor Lucianus spectat Sympos. 18 *καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν, αἰγυπτιάζων· τῇ φωνῇ*, quae schol. non satis recte interpretatur *διὰ τοῦ κροτεῖν τὰς χεῖρας εὐρυθμίας ποιεῖν*. nam videntur hoc versuum genus *ἀνάπαιστα συγκρότητα* dixisse, quemadmodum Pherecrates *συμπτύκτους ἀναπαίστους* appellavit paroemiacos, quorum prima syllaba integri pedis vice fungitur ⏑ – – ∪ ∪ – –).

ac rursus v. 13:

μ ι λ ι
Ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατουσα.

Denique II. v. 21 clausulam nota auctiorem exhibet:

μ μ ι λ μ
Γλανκὰ δὲ πάροιθε Σελανα.

At rursus alias in simillimis versibus non repperitur limmatis sigla, sed bisyllaba versus clausula tribus quatuorve siglis est instructa, ut appareat poetam hic non silentio, sed adiectione usum esse, velut II 13:

μ ρ σ
Αἴγλας πολυδερκέα παγαν.

et ibidem v. 23:

ρ μ ρ σ
Λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μοσχων.

et 24:

σ ρ μ ρ σ
Πολυείμονα κόσμον ἑλισσων.

item III v. 9:

μ σ σ φ
Λήθουσα δὲ παρ πόδα βαινεις.

Sunt denique loci, ubi neutrum complementum comparet, ita ut clausula bisyllaba binis tantum notis instructa sit, velut II v. 7:

φ σ
Χιονοβλεφάρου πάτερ Ἄους.

et ibidem v. 14:

φ μ μ
Περὶ γαῖαν ἅπασαν ἑλισσων.

et v. 18—19:

ι ξ ξ
Κατ' Ὄλυμπον ἄναχτα χορευει.

ι ε ξ
Ἄνετον μέλος αἰὲν ἀειδων

et v. 22:

ρ μ ι ξ ξ
Χρόνον ὥριον ἀγεμονευει.

item III v. 4:

μ μ μ
Ἐπέχεις ἀδάμαντι χαλινῳ.

Verum non dubito, quin hic librariorum negligentia signum aliquod interciderit: sed haec diiudicent musicae artis peritiores.

Amplo opere ut iam commodius uti liceat, placuit trifariam dividere: Pindari carmina, quae seorsim eduntur, mox subsequentur elegiographorum et iambographorum reliquiae: tertia pars melicorum poetarum monumenta continebit.

Superest, ut publice meritas gratias agam iis, qui liberalissime et prompta voluntate me adiuverunt; nam publica munificentia, quae aliis multis adfuit, mea studia nunquam sublevavit.

Et primum quidem Fridericus Boehmer, qui in hac academia sacras litteras profitetur, ea quae Florentiae anno 1852 mense Novembri, et rursus anno 1853 mense Aprili ex Mediceis Pindari libris enotavit, mihi comiter concessit; Guilelmus autem Studemund Mediolani codicis Ambrosiani, qui Pindari Olympia continet, partem meo rogatu diligentissime contulit; denique H. Nolte Parisiis humanissime mihi transmisit Phocylidei carminis varias lectiones ex codice antiquissimo Parisino enotatas, quem librum statim intellexi non diversum esse a Bekkeri codice Mutinensi, sed vel sic iterata optimi exempli collatio perutilis fuit.

Scripsi Halae d. XXVII m. Decembris
MDCCCLXIV.

Serius, quam exspectaveram, haec nova editio foras datur, typographorum Lipsiensium opera diutius plane cessante: haec mora, quamvis ingrata, tamen profuit, siquidem Guil. Studemund cum alia apparatus critici supplementa transmisit, de quibus suis locis dicetur, tum Mediolani in bibliotheca Ambrosiana Hephaestionis codicem perbonum[1]) repperit eiusque varias scripturas mecum communicavit, quem codicem littera A signabo.

Item Anthologia Lyrica, quae habet peculiaria quaedam, novis curis perpolita proxime prodibit: augebitur autem non tantum Babrianarum fabularum sylloge altera, sed etiam Theocriti carmine melico, quod nuper Studemund in codice Ambrosiano indagavit: quod carmen versibus XXXII Asclepiadeis constans edidi in Prooemio lect. Hal. 1865/6, sed quoniam academicae commentationes in paucorum manus perveniunt, Anthologiae inseram. Eiusdem viri amicissimi insignis industria ac fides me iuvit in Theocriti, Simmiae, Dosiadae carminibus figuratis recensendis, ut difficillimas has nugas, quae nostris hominibus videntur, non solum aliquanto emendatiores, sed etiam Simmiae Securim versu auctam edere liceat: item varias scripturas Parisinorum aliquot codicum in quibus illa carmina leguntur mecum liberaliter communicavit Froehner. Hanc Anthologiam, quae maioris operis quasi complementum quoddam est, multi homines docti videntur plane ignoravisse, nonnulli usi sunt, sed tacite, alii ad utram partem pertineant, nescias. Ita cum in Alexandri Aetoli elegia I v. 15 *ἅλα ξυνεῶνα θαλείης* scripsissem, biennio post Mauricius Haupt in

---

[1]) Cod. Ambr. I 8 sup. membran. saec. XIV, forma quadr. min., qui olim I. V. Pinellii fuit, in margine detritus. Continet liber Nicomachi Arithmetica cum scholiis fol. 1—75, Longini prolegomena (*ἐκ τῶν Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου τὰ προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον*) sine scholiis marginalibus fol. 76—91, denique *Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων* fol. 92—151 cum scholiis in margine, sed partim propemodum evanidis.

prooemio lect. Berolin. (1855/6) eandem commendavit emendationem, unde Hercherus in Parthenii editione eam coniecturam Hauptio adscripsit. Solet enim Hauptium oblivio capere eorum, quae alii ante se recte animadverterunt, velut in eodem proœmio, ubi quinque potissimum emendationes proposuit, duae a me sunt occupatae: nam etiam quod in versu Timonis sillographi *ἀμεν-θήριστος* scribendum esse dicit, id ego iam dudum in commentatione critica I p. 3 (Marburgi 1844) suasi, atque rursus eandem coniecturam Nauck et ipse meorum immemor proposuit a. 1849 in Philologo IV 199. Nunc quoque, ut alias solitus sum, haec silentio praetermississem, sed verendum est, ne hoc silentio abutantur malevoli homines et contumeliae addant iniuriam, me haec mala fraude aliis surripuisse dictitantes.

Vel diligentissimo homini, qui maxime cavet, ne aliena sibi vindicet, potest accidere ut in medium proferat, quae alii iam antea proposuerunt: sed honesti viri, qui inviti ac nescii aliorum inventa repetunt, ab istis, qui furto sublegere consuerunt alienas emendationes, nullo certiore indicio possunt dignosci, quam quod isti eosdem quos impudenter despoliantur graviter solent insectari: quidvis invidiose et inique reprehendunt, quae non possunt reprehendere, aut sibi vel aliis tribuunt, aut silentio praetermittunt, per omnia sive tacent sive loquuntur, iniustum et a veritate aversum animum confessi.

Scr. d. X m. Dec. MDCCCLXV.

PRAEFATIO EDITIONIS SECVNDAE.

Ἀνδρῶν δικαίων χρόνος σωτὴρ ἄριστος.

Citius, quam putaveram, mihi redeundum fuit ad studia in Lyricorum Poetarum reliquiis olim a me collocata, neque unquam plane intermissa. Quintus enim iam agitur annus, ex quo retractandae prioris editionis initium feci, ex quo quidem tempore, quidquid otii officiorum religio concessit, id fere omne ad praestantissima haec Graecae poesis monumenta perpolienda adhibui. Sed cum iam altera haec poetarum lyricorum editio, opus laboris operaeque multiplicis, ad finem sit perducta, pauca quaedam praemonebo. In priore editione cum selectas librorum manuscriptorum lectiones subiecissem, nunc integram fere scripturae varietatem e codicibus notatam addidi, nisi quod in Pindari carminibus, Olympicis maxime, non omnia deteriorum librorum vitia recensui, neque ubique, si lectio aliunde satis stabilita erat, sordes omnes Etymologi Gudiani aut Prisciani codicum exhibui, neque tamen credo praetermissas esse a me lectiones, quae quidem alicuius

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Olymp. 120 initium vixerunt. Nam inde ab hoc demum tempore, quo regna ab Alexandri Magni successoribus condita satis iam stabilita erant, et discordia, quae omnia perturbaverat, aliquamdiu composita est, novum litterarum Graecarum saeculum capit exordium, de qua re nuper alio loco pluribus disputavi.[1]) Poetarum Alexandrinorum reliquias non magis nunc quam olim recepi, cuius rei rationem paucis in praefatione prioris editionis significavi, et qui norunt qualis poesis graecae indoles illis fuerit saeculis, facile hanc rationem comprobabunt: nam qui me reprehenderunt, quod non simul horum poetarum carmina complexus essem, iis auctor sum, ut singillatim exponant, quaenam ex Callimacheis sint recipienda, quaeve seponenda. Sed in *Anthologia Poetarum lyricorum*, quae his ipsis diebus a me adornata prodibit[2]), ubi non id agebatur, ut integrae reliquiae poetarum reciperentur, sed delectus habendus erat, etiam Alexandrinorum poetarum et qui insequuntur hahui rationem.

Prior editio cum publici esset iuris facta, Schneidewin in Annalibus Berolinensibus anni 1844 censuram egit, quam paulo post peculiari libello edidit (Beiträge zur Kritik der Poetae Lyrici, Göttingen 1844) comitemque isti se addidit Ahrens, qui in Diurnis Halensibus anni 1844 operam a me praestitam sub iudicium vocavit. Quod si solito philologorum more uti consuevissem, in hac altera editione commoda oblata erat occasio, per quam ab adversariis iniquissimi iudicii poenas repeterem, sed sedulo cavi, ne quid in adnotationibus in illos dicerem, neque hic decet de contumeliis amicitiae simulatione mihi illatis conqueri: equidem satius duxi iniuriarum oblivisci, quam illorum via grassari;

τοὔνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν, εἰ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυνῷ
πεπονημένον εὖ
μὴ λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος κρυπτέτω·
κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρόν
παντὶ θυμῷ σύν γε δίκᾳ καλὰ ῥέξοντ' ἔννεπεν.

Scr. Friburgi Brisgaviae
die XXI. Iunii MDCCCLIII.

PRAEFATIO EDITIONIS PRIMAE.

Poetarum, quicunque apud Graecos lyricam artem illustraverunt, reliquias colligendi et edendi consilium non nuper suscepi, sed iam multis annis ante agitavi, tum, postquam Schneidewinum virum amicissimum eidem operi intentum esse

---

[1]) Cf. Annales Antiquit. 1853. n. 16. 17.

[2]) Anthologia Lyrica, continens Theognidem, Babrium, Anacreontea cum ceterorum poetarum reliquiis selectis ed. Theodorus Bergk, Lipsiae MDCCCLIII apud Reichenbachios.

cognoveram, abieci; at ubi intellexi illum delectum tantum ex his carminum reliquiis parare, ibi vero rursus recepi institutum laborem, non inutile me tractare opus ratus, sed quod plurimorum desideriis satisfaceret. Nam singulatim quidem homines docti lyricos Graecorum poetas ediderunt plerosque: quemadmodum Hermannus, Boeckhius, Dissenius in emendandis et explicandis Pindari carminibus praeclaram collocaverunt operam; de Theognidis reliquiis egregie meriti sunt Bekkerus et Welckerus: alii certatim novem qui vocantur lyricos illos poetas illustraverunt commentariis, ex quibus Schneidewiniana Simonidis Cei recensio facile primum sibi vindicat locum; quin etiam minus nobiles poetae interpretes atque criticos nacti sunt. Itaque consentaneum visum est, iam una comprehendere omnium lyricorum poetarum reliquias, in quibus quidem edendis hanc rationem secutus sum, ut nihil nesciis legentibus novatum sit: in critica enim adnotatione, quam subieci, sedulo operam dedi, ut quid librorum manu scriptorum auctoritate nitatur, quidve ex hominum doctorum coniecturis profectum sit, plane possit perspici. Sed ne nimium libri moles augeretur, praecipuas tantum coniecturas easque, quae probabilitatis specie maxime commendarentur, commemoravi. Seclusi autem ab hac collectione eos poetas, qui inde ab Alexandri Magni aetate inclaruerunt, quoniam inde ab eo tempore graecae poesis ratio prorsus immutata est, ita ut iam non liceat tria illa praecipua poesis genera, sicut ante, distinguere.

Iam siquid in colligendis corrigendisque horum poetarum carminibus aut praetermisi aut peccavi, erranti condonabunt aequi iustique arbitri, qui non ex iis, quae falsa aut prava sunt, sed ex iis, quae nitent, etiamsi non sint plurima, pretium operi solent statuere; qui illud teneant, hoc opus varii multiplicisque laboris esse et per multa temporis intervalla, cum aliis impeditus essem negotiis, confectum esse.

Superest ut gratias agam viris amicissimis, Augusto Meinekio Berolinensi et Christiano Schubarto Cassellano, quotidiana propemodum consuetudine olim mecum coniunctissimis, quorum ille emendationes aliquot praeclaras mecum communicavit, alter quae ex Vindobonensis bibliothecae copiis in suum usum converterat, mihi ea qua insignis est liberalitate concessit, ita ut mihi liceret cum alia, tum potissimum Phocylideum quod vulgo perhibetur carmen multo auctius atque emendatius in medium proferre.

Scripsi Marburgi Chattorum
Calendis Novembribus MDCCCXLII.

INDEX VOL. I.

PINDARI CARMINA.

	Pag.
Prolegomena	V—XIX
I. Index carminum	3— 12
II. Index temporum	12— 20
III. De ordine librorum Pindaricorum	20— 22
IV. De titulis carminum	22— 25
V. De antiquae scripturae reliquiis	25— 34
VI. De libris manuscriptis	34— 43
VII. Index codicum	44— 46
OLYMPIA	47—142
PYTHIA	143—245
NEMEA	246—320
ISTHMIA	321—366
FRAGMENTA	
Prolegomena	367—373
I. Isthmia	373—378
II. Hymni	379—385
III. Paeanes	386—390
IV. Dithyrambi	390—400
V. Prosodia	401—404
VI. Parthenia	405—408
VII. Hyporchemata	408—416
VIII. Encomia	417—418
IX. Scolia	419—425
X. Threni	425—430
XI. Fragmenta incerta	431—479
Addenda et corrigenda	480—485
Index rerum, quae in commentario explanantur	486—487
Index locorum, qui in commentario emendantur vel explicantur	488

PINDARI CARMINA.

POETAE LYR. I.

PROLEGOMENA.

I. Index carminum. II. Index temporum. III. De ordine librorum Pindaricorum. IV. De titulis carminum. V. De antiquae scripturae reliquiis. VI. De libris manuscriptis. VII. Index codicum.

I.

INDEX CARMINVM PINDARICORVM.

OLYMPIA.

Olymp. I. Hieroni Dinomenis filio Syracusarum regi celete victori Ol. 76 scriptum et Syracusis cantatum praesente ut videtur Pindaro. Referunt vulgo ad Ol. 77, sed cum Pindarus Ol. III v. 42 aperte huius carminis exordium respexerit, illud autem carmen omnino ad Ol. 76 pertineat, apparet hoc carmen paulo ante Ol. III compositum esse; atque ita etiam Hermannus, cuius argumenta frustra impugnavit Rauchenstein Comment. Pind. II, 22. Iam veteres interpretes de tempore dissensisse planum est: Hieronem Olympiae bis celete, semel curru vicisse testatur Pausan. VIII, 42, 9, adde VI, 12, 1, nulla temporis nota adiecta. Recentiores censent Hieronem celete vicisse Ol. 73 et rursus Ol. 77, curru Ol. 78, scholiorum adnotationibus confisi, sed diversa scholiorum genera Vaticana et Vratislaviensia omnino sunt secernenda: in schol. Vatic. adnotatum est: *ἐπιγέγραπται ὁ ἐπινίκιος Ἱέρωνι τῷ Γέλωνος ἀδελφῷ νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν ογ΄ Ὀλυμπιάδα, ἢ ὡς ἔνιοι ἅρματι·* numerum integrum esse existimant, sed Hieronis hanc victoriam temere confusam cum Gelonis victoria curuli Ol. 73, de qua vid. Pausan. VI, 9, 4, quod parum est credibile. Grammaticus haud dubie tres Hieronis Olym-

picas victorias enumeravit, atque mancum scholion in hunc modum redintegrandum *τὴν οϛ΄ Ὀλυμπιάδα, ἢ ὡς ἔνιοι* (*τὴν οζ΄, τὴν δὲ οη΄*) *ἅρματι.* Quae schol. Vratisl. exhibet: *ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν οζ΄ νικᾷ ἵππῳ κέλητι*, quibus alii libri addunt *τὴν δὲ οη΄ τεθρίππῳ*, subjecta fuerunt inscriptioni *νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν ογ΄ Ὀλυμπιάδα*, ubi *οϛ΄* (OF) corrigendum esse iam olim monui. Schol. enim Vrat. priorem victoriam celebrari censet, schol. Vat. interpretes ambigere dicit: neque mirum hoc, si duabus continuis Olympiadibus celete vicit Hiero. Apollodorus carmen ad posteriorem victoriam sive Ol. 77 rettulit probante Aristonico et schol. Vatic. v. 33, ubi *ἀξιόπιστος* pro *ἀξιοπίστως* corrigendum, sed Didymus recto judicio usus priorem victoriam Ol. 76 intellexit: nam poeta, si regem iterum celete victorem ornasset, prioris laudis memoriam non neglexisset.

Olymp. II. Theroni Aenesidami filio Agrigentinorum principi curru victori Ol. 76 scriptum aliquanto post carm. Ol. III. Schol. Vat. v. 1 victoriam adscripsit Ol. 77 (Vrat. numerum om.), quod omnino falsum. Secundum Diodorum XI, 53 Thero mortuus est Ol. 77, 1. Boeckh hunc scriptorem ea, quae Ol. 76, 4 exeunte gesta sint, rettulisse ad initia Ol. 77, 1 existimat, refragante Clintono Fast. III add. p. 610. Diodorus Timaeum sequitur, et cum annus Olympicus non plane congruat cum Atticorum anno, nequaquam inde conficias Theronem post mercatum Olympicum decessisse h. e. aestate exacta: potuit enim jam antea initio Attici anni vita defungi: neque ultra aestatem vitam duxisse certum est. Ex duobus autem carminibus, quae Pindarus propter hanc victoriam Theroni destinavit, alterutrum certe non statim post Olympia conditum esse apparet: itaque non potest ea victoria Ol. 77 parta esse. Neque existimandum veterum interpretum, quibus *ἀναγραφῶν* monumenta praesto erant, de huius victoriae tempore anceps fuisse iudicium: schol. Vat. v. 100: *Ἀκράγας πεντηκοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐκτίσθη* (rectius Ol. 49, 3)· *ὁ δὲ Θήρων οϛ΄ ἢ οζ΄ ἐνίκησεν· γίνεται οὖν τὸ μεταξὺ ἀπὸ τῆς κτίσεως ἕως τοῦ Θήρωνος νίκης ρδ΄ ἔτη· ὁ δὲ Πίνδαρος τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσατο.* Cum a condita urbe conficiat annos CIV, manifesto victoriam Ol. 76 adscripsit: apparet igitur *ἢ οζ΄* librarii esse additamentum, qui vitiosam scripturam v. 1 sequitur. Item schol. Vrat. v. 168 dicit post conditam urbem Ol. 50 si centum anni peracti

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

scriptum; quod schol. Vrat. Ol. 76 exhibet, manifestus error est, illo enim tempore poeta in Sicilia aliis carminibus operam dabat compluribus, neque magis fide dignus videtur F, qui Ol. 72 testatur, quamquam Olympia etiam tunc acta esse Herod. VII, 206 auctor est.

Olymp. XI. (sec. Boeckhium X.) eidem ob eandem victoriam haud ita multo ante ut videtur missum.

Olymp. XII. Ergotelì Philanoris filio Himeraeo dolicho victori Ol. 77, sed non ante 77, 3 missum: Ergoteles enim eadem Olympiade etiam Pythia vicit, duobus ut videtur simul certaminibus victor renuntiatus, item Isthmia Ol. 77, 2, sive 77, 4 malis: nam certum est carmen ante Ol. 78, 1 scriptum esse, quo anno Ergoteles iterum vicit Olympia.

Olymp. XIII. Xenophonti Thessali filio Corinthio stadio simul et quinquertio victori Ol. 79 scriptum.

Olymp. XIV. Asopicho Cleodami filio Orchomenio stadio inter pueros victori Ol. 77. Libri partim οζ′ partim οε′ exhibent, sed quoniam Ol. 76 in Sicilia fuit Pindarus, illud praetuli, nisi forte Pindarus cum Syracusas contenderet Olympiamque visitaret, ipse ludis tunc interfuit et carmen hoc in popularis adolescentis honorem scriptum praesens praesenti gratificatus est: nam Ol. 76 potior testium auctoritas commendat.

PYTHIA.

Pyth. I. Hieroni Dinomenis filio Aetnaeo Syracusanorum principi curru victori Pythiade 29, (G *πύθια* . . . $\overline{o\gamma}$, fortasse Olympiade adscripta) Ol. 77, 3, secundum Boeckhium Ol. 76, 3: verum Boeckhii rationibus cum alia adversantur, tum quae poeta dicit v. 50 seq., quae non spectant bellum adversus Etruscos Ol. 76, 3 gestum, ut interpretes putant, sed referenda sunt ad bellum contra Thrasydaeum et Agrigentinos Ol. 77, 1.

Pyth. II. Eidem Hieroni Syracusano curru victori, sed carmen a Pythiis alienum, nec tamen constat ubi victoria parta sit: Boeckh Hieronem Thebis in Heracleis sive Iolaiis victoriam reportavisse coniecit Ol. 75, 4; sed manifestum est, Pindarum hoc carmen tum demum scripsisse, cum Hierone familiariter usus eius ingenium et mores penitus introspexisset: compositum igitur epinicium, postquam ex Siciliensi peregrinatione (Ol. 76, 1) Thebas reversus erat.

PYTH. III. Eidem Hieroni Syracusano, sed consolatorium magis est carmen, quam epinicium, quamquam poeta respicit Pythias victorias equestres, quae Hieroni contigerunt Pyth. 26 (manifesto errore nonnulli codd. 23) sive Ol. 74, 3 (sec. Boeckhium 73, 3) et Pyth. 27 sive Ol. 75, 3 (sec. Boeckhium 74, 3). Carmen ipsum, quod ante Ol. 77, 3 scriptum esse apparet, Boeckh Ol. 76, 3 compositum esse statuit.

PYTH. IV. Arcesilao IV Batti filio Cyrenarum regi curru victori Pyth. 31 sive Ol. 79, 3 (sec. Boeckhium Ol. 78, 3).

PYTH. V. Eidem Arcesilao eandem victoriam congratulatur.

PYTH. VI. Thrasybulo Xenocratis filio Agrigentino Xenocratis curulem victoriam Pyth. 24 sive Ol. 72, 3 (sec. Boeckhium Ol. 71, 3) reportatam congratulatur: carmen magis encomii quam epinicii speciem refert.

PYTH. VII. Megacli Atheniensi curru victori Pyth. 28 sive Ol. 76, 3. Schol. mendose tradit vicisse *τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα*, idque deinde iteratur: sed cod. Gott. prius *κέ*, postea *πϛ΄* (om. *Πυθιάδα*)*), unde Boeckh adscripsit carmen Pyth. 25 i. e. Ol. 73, 3 (sive secundum suas rationes Ol. 72, 3). Ego malui Corsinum sequi *τὴν εἰκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα* rescribentem, nam letio *κέ* de vitio suspecta, siquidem Pindarus significat templum Delphicum jam exaedificatum fuisse, sed Ol. 75, 2, cum Athenienses post proelium ad Plataeas aedem spoliis decorarent, nondum fuit consecratum, vid. Aeschin. adv. Ctesiph. 116 (adde Pausan. X, 19, 4 nisi quod tralaticio errore prius bellum Medicum memorat). Videtur templum Pyth. 27 h. e. Ol. 75, 3 vel Pyth. 28 consecratum, quamquam prius magis probabile: nam si Megacles eo ipso temporis articulo, quo consecratio peracta, vicisset, id non reticuisset poeta.

PYTH. VIII. Aristomeni Xenarcis filio Aeginetae lucta victori tempore incerto; nam quod in inscriptione et in Schol. victoria perhibetur reportata esse Pythiade 35 (*λε΄*, ita etiam cod. G, non *λη΄*) h. e. Ol. 83, 3, manifestus librariorum error est: frustra enim L. Schmidt (de carm. Pind. p. 398) hoc tuetur sec. Boeckhii rationes ad Ol. 82, 3 revocans; sed non magis probari potest, quod Boeckh corrigens *λγ΄*

---

*) Pro *πϛ΄* fortasse legendum *οϛ΄*, ut hoc loco scholiasta non Pythiadem, sed Olympiadem notaverit.

(O. Müller *λβ′*) ad Ol. 80, 3 referre voluit, id quod Krüger recte vidit; idem Krüger (Hist. philol. Stud. I p. 191) carmen Ol. 77, 3 vel Ol. 78, 3 scriptum esse suspicatur, argumentis ut ipse significat non satis firmis usus. Hermann corrigens *κη′* ad Olymp. 75, 3 (vel rectius Ol. 76, 3) rettulit. Mommsen, cum D *ὁλ.* pro *πυθιάδα* exhibeat, legendum censet $\overline{ο\varepsilon}$ *ὀλυμπιάδα.* Illud certum, carmen scriptum bellis Persicis compositis ante Aeginetarum bellum cum Atheniensibus, fort. Ol. 79, 3, ut $\overline{\lambda\alpha}$ sit corrigendum.

Pyth. IX. Telesicrati Carneadae filio Cyrenensi armato cursu victori Pyth. 28 sive Ol. 76, 3 (sec. Boeckhium Ol. 75, 3).

Pyth. X. Hippocleae Phriciae filio Pelinnaeo diaulo victori Pyth. 22 sive Ol. 70, 3 (sec. Boeckhium Ol. 69, 3).

Pyth. XI. Thrasydaeo Thebano stadio victori: secundum scholiastas bis vicit, primum puer stadio Pyth. 28 sive Ol. 76, 3 (sec. Boeckhium Ol. 75, 3), postea vir diaulo (sed sch. 1 *δίαυλον ἢ στάδιον*) Pyth. 33 sive Ol. 81, 3 (sec. Boeckhium Ol. 80, 3), atque dissident veteres interpretes, utram victoriam poeta celebraverit; Boeckh ad priorem, Mommsen (de vita Pind. p. 62) ad posteriorem victoriam refert, Rauchenstein (in Philologo I p. 193) hoc carmen Ol. 79, 3 adscripsit corrigens *λβ′* pro *λγ′*. Denique nuper Perthes, qui (in commentatione Treptow 1871 et rursus in Iahnii Ann. CV, p. 226 seq.) subtiliter et acute de carminis argumento disseruit, quod arcta necessitate cum Spartanorum rebus gestis et proelio Tanagrensi arbitratur coniunctum esse, tuetur Ol. 80, 3, Boeckhianam Pythiadum computationem secutus: concidunt igitur Perthesii coniecturae de carminis huius instituto, si meae temporum rationes potiores sunt, contra quas nihil dum in medium prolatum. Poeta cum v. 14 tres Pythicas Thrasydaeo victorias tribuere videatur, carmen ad alteram victoriam Pyth. 33 sive Ol. 81, 3 refero, vid. quae dixi infra ad hoc carmen. Sed fortasse in numero error aliquis delitescit, quem non licet deprehendere, cum nulli dum interpretum contigerit plurimas difficultates huius epinicii expedire.

Pyth. XII. Midae Agrigentino tibiis victori. Cum bis vicerit, Pyth. 24 sive Ol. 72, 3 (sec. Boeckhium Ol. 71, 3) et Pyth. 25 sive Ol. 73, 3 (sec. Boeckhium Ol. 72, 3), anceps est iudicium, sed probabile priorem victoriam celebrari.

NEMEA.

Nem. I. Chromio Agesidami filio Aetnaeo curru victori, qui postquam Aetnae urbis curam Hiero ei abrogavit, Syracusis degit: scriptum igitur epinicium post Nem. IX, fort. Ol. 77, 2, quemadmodum etiam Leutsch (Philol. XIV, 57) Ol. 77, 1 vel 2 post Nem. IX conditum esse censet. Boeckh rettulit ad Ol. 76, 4; neque vero Pindarus ipse sollennitati interfuit, sed secundum nostras rationes Thebis carmen Syracusas misit. Fallitur omnino L. Schmidt (p. 457), qui Ol. 75, 1 vel 75, 4 adscripsit, nam eo tempore neque Aetnaeus appellari poterat Chromius, neque Pindaro licuit hunc in modum laudare Chromium, cuius consuetudine tunc nondum usus erat.

Nem. II. Timodemo Timonoi filio Atheniensi pancratio victori tempore incerto: L. Schmidt (p. 516) ad supremam poetae aetatem revocat.

Nem. III. Aristoclidae Aristophanis filio Aeginetae pancratio victori, longiore post victoriam intervallo, sed ante Ol. 80, 1. L. Schmidt (p. 464) Ol. 76, 2 adscripsit.

Nem. IV. Timasarcho Timocriti filio Aeginetae lucta victori fortasse Ol. 76, 4. Dissen et Mommsen circa Ol. 79, 4 carmen conditum esse suspicantur, Schmidt (p. 446) adolescenti Pindaro vindicat.

Nem. V. Pytheae Lamponis filio Aeginetae pancratio victori ante Isthm. VI (V) scriptum, quod carmen Pindarus, ut infra significavi, Ol. 74, 4 condidit. Nemeaeum carmen L. Schmidt (p. 117) ad Ol. 73, 1 vel 4 refert, Mommsen (p. 47) ad Ol. 74, 2.

Nem. VI. Alcimidae Theonis filio Aeginetae lucta victori incerto tempore, sed ante Ol. 80.

Nem. VII. Sogeni Thearionis filio Aeginetae quinquertio victori, ut scholiasta dicit Nemeade 14, quod manifesto falsum; probabiliter Hermann ad Nemeadem 54 revocavit, *νδ'* corrigens pro eo, quod vulgo legitur *ιδ'*. Quod si Nemeaeum certamen Ol. 51, 4 institutum est, hoc carmen revocandum fuerit ad Ol. 78, 2.

Nem. VIII. Dinidi Megae filio Aeginetae stadio bis victori incerto tempore: Dissen ad Ol. 80, 3 vel 4 refert, quod omnino est improbandum; L. Schmidt (p. 430 seqq.) a poeta adolescente carmen hoc conscriptum esse censet, sed v. 35 seq.

provectiorem poetae aetatem indicant. Satis speciosam conjecturam proposuit Mezger (in Jahnii Annal. 1867 p. 385 seq.), carmen scriptum esse Ol. 72, 1 (Ol. 72, 2 rectius dixisset) componens ea, quae Herodotus VI, 49 narrat.

Nem. IX. Chromio Agesidami filio Aetnaeo curru victori Sicyone in Pythiis non continuo post victoriam partam conditum, quo tempore Agesidamus Aetnae urbis praefectus fuit (quod munus postea Dinomeni Hieronis filio mandatum). Carmen haud dubie ante Nem. I compositum, secundum Boeckhium Ol. 77, 1, quod etiam Leutsch (Philol. XIV, 57) tuetur; L. Schmidt (p. 240) adscripsit Ol. 76, 2.

Nem. X. Theaeo Uliae filio Argivo Argis in Hecatombaeis lucta bis victori tempore incerto. Dissen intra Ol. 78, 1 et Ol. 80, 3 epinicium hoc scriptum esse coniecit, argumentis satis infirmis usus.

Nem. XI. Non est epinicium, Aristagorae Arcesilai filio Tenedio, cum prytanis esset creatus, ad munus hoc auspicandum scriptum tempore incerto.

ISTHMIA.

Isthm. I. Herodoto Asopodori filio Thebano curru victori. Dissenio videtur paulo ante proelium ad Tanagram (Ol. 80, 3 vel 4) scriptum, adversante L. Schmidtio, qui multo prius carmen conditum esse censet.

Isthm. II. ad Thrasybulum Xenocratis filium Agrigentinum missum, ut interpretes existimant, ad memoriam Isthmiae victoriae curulis instaurandam, qua pater Xenocrates ante Ol. 76, 1 potitus est (vid. Ol. II, 50), sed scriptum postquam et Thero Xenocratis frater (obiit Ol. 77, 1) et ipse Xenocrates vita defuncti erant. Carmen magis encomii speciem refert, quo poeta post Xenocratis mortem illius victorias et virtutes celebrare instituit.

Isthm. III. Melisso Thebano equestrem victoriam Nemeae adepto, itaque hoc carmen in *Νεμεονικῶν* numerum referendum erat: carmen ipsum compositum post Isthm. IV.

Isthm. IV. (III.) eidem Melisso Thebano pancratio victori. Boeckh et Dissen, qui hoc carmen cum priore in unum coniungunt, ad Ol. 75 vel 76 referunt, quod satis est incertum. L. Schmidt ab adolescente poeta compositum esse censet.

Isthm. V. (IV.) Phylacidae Lamponis filio Aeginetae pancratio

iterum victori scriptum; debebat igitur hoc carmen post proximum collocari, quod ad priorem victoriam spectat. Hoc carmen non ita multo post pugnam Salaminiam conditum, neque tamen proxima Isthmiade i. e. Ol. 75, 2, nam tunc secundum nostras rationes Cleander pancratio vicit (v. Isthm. VIII), sed ut videtur Ol. 75, 4. Carmen hoc Ol. 75, 1 scriptum censent Mommsen p. 53 et L. Schmidt p. 142: Boeckh et Dissen ad Ol. 75, 3 referunt. Non recte Rauchenstein p. 87 in carminum Nemeaeorum numerum referre voluit.

Isthm. VI. (V.) eidem Phylacidae Lamponis filio Aeginetae pancratio victori: carmen ante Isthm. V (IV) compositum, fort. Ol. 74, 4; ut L. Schmidtio videtur, Ol. 74, 3, contra Mommsen p. 48 ad Ol. 72, 1 refert.

Isthm. VII. (VI.) Strepsiadae Thebano pancratio victori. Carmen inter prima poesis Pindaricae rudimenta referendum, ita ut ad Pyth. X (Ol. 70, 3) proxime accedat, scriptum ab adolescente poeta Ol. 70, 2 vel 70, 4. Argumento est in primis carminis primordium, quod plane prae se fert fabularis historiae copiam, quam iure Corinna in adolescentuli Pindari poematis reprehendit, vide Hymn. fr. 29. Satis confirmant hanc coniecturem res gestae, quas poeta in hoc epinicio attigit: neque enim scholiasta gravis erroris reus est, qui haec ad bellum Peloponnesiacum refert: nam cum Cleomenes et Demaratus Lacedaemoniorum reges adiunctis Peloponnesiorum viribus arma Atheniensibus inferrent, iure poterat hoc bellum, cuius etiam Thebani et Chalcidenses participes fuerunt, ab Atticis Peloponnesiacum dici, quamquam postea hoc nomen oblivione obsitum est. Plerique interpretes carmen Ol. 81, 1 adscripserunt, sed v. 40 nequaquam indicio est, poetam aetate provectum haec scripsisse. Etiam longius progressus Mezger post Ol. 83, 2 carmen conditum esse opinatur, quo tempore secundum nostras rationes poeta iam vita defunctus erat.

Isthm. VIII. (VII.) Cleandro Telesarchi filio Aeginetae pancratio victori haud dubie Ol. 75, 2, cum paulo ante (ut videtur eodem anno ineunte) item pancratio Nemeae victoriam reportasset. Scripsit enim hoc carmen Pindarus recenti memoria calamitatis gravissimae, quae Thebas post pugnam Plataeensem afflixit. Boeckh et Dissen Isthmiam victoriam Ol. 75, 1, Nemeaeam Ol. 75, 2 adscribunt, et

statim post Nemeaeam victoriam carmen conditum censent. L. Schmidt (p. 157) carmen ad Nemeaeam victoriam refert, qua Ol. 75, 1 potitus sit, ipsum autem carmen anno proximo Ol. 75, 2 adscribit. Mezger contendit proximo post pugnam Salaminiam tempore scriptum esse: denique Hartung ad Ol. 81, 1 descendit.

II.
INDEX TEMPORUM.

Olympiadum initium adscribitur anno a. Chr. n. 776 (cf. Fischer Graec. annal. p. 59 seq.). Ludi Olympici continuati per dies quinque. De certaminum tempore harum rerum periti dissentiunt (cf. Krause Olympia p. 61 seq.), Unger, qui nuper in Philologo XXXIII, 227 seq. hanc quaestionem denuo tractavit, probabiliter expedivit, Olympia non primo, sed secundo Atticorum mense sub aestatis exitum celebrata esse asserens.*)

Pythiades quando exordium ceperint, non satis constat: nam iam veteres inter se dissentiunt: auctor annalium Pariorum dicit archonte Athenis Simone Ol. 47, 3 (589 a. Chr. n.) vel Ol. 47, 2 (590 a. Chr. n.) *ἀγῶνα χρηματίτην* instauratum esse, postea archonte Damasia (*Δαμασίου τοῦ δευτέρου*) Ol. 49, 3 *στεφανίτην ἀγῶνα* institutum esse: ab utro certamine Pythiades computandae sint, non addit. Contra Pausanias (X 7, 3) dicit Ol. 48, 3 primum *ἀγῶνα χρηματίτην*, deinde quadriennio post *στεφανίτην* actum esse, et ab Ol. 48, 3 iam Pythiadas computat. Scholiastae denique Pindari quae de originibus solennitatis memoriae prodiderunt, fere consentiunt cum annalibus Pariis, nam *χρηματίτην ἀγῶνα* tradunt archonte Simonide vel Simone, sex (vel etiam pluribus) annis post institutum esse *στεφανίτην* archonte Damasia:**) singulas autem Pythiadas quando cum Olympiadibus componunt, ordiuntur ab Ol. 49, 3, qui annus haud dubie est Damasiae ar-

---

*) Singulatim haec examinare et si quid seorsim sentio exponere non est huius loci.

**) Damasias archon non est diversus a Damasia, quem Parii annales secundum appellant: nam prior ad tempora antiquiora referendus est, Ol. 35, 2 summo apud Athenienses functus magistratu, vid. Dionys. Hal. Antiq. III, 36. Temere Damasiam priorem adscribunt Ol. 48, 4, qui error etiam in novissima editione Hermanni Ant. publ. repetitus est.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

*χρηματίτης**). Cum fugitivi inviis locis fortiter se defendentes, sexto demum anno debellati essent, et non ita multo post iterum instaret Pythias ennaeteris,**) Ol. 49, 3 coronarium certamen institutum***) et lege sancitum est, ut deinceps Pythia quinto quoque anno agerentur: ab hoc igitur anno iure Pythiades computantur. Tenuit hoc Aristoteles in *ἀναγραφῇ Πυθιονικῶν*, quem sequuntur veteres Pindari interpretes. Alii vero, ut Pythiadum origines altius repeterent, ordiuntur a certamine aerario, idque pro arbitrio rerum gestarum ordine neglecto ex Ol. 47, 3 transtulerunt in Ol. 48, 3, ut inter aerarium et coronarium certamen non ennaeteris, sed pentaeteris esset interiecta. Hanc computationem praeoptavit Pausanias.

Agebantur Pythia tertio quoque Olympiadis anno aestate vergente, mense Delphorum Bucatio, quem tituli recens reperti docuerunt secundum mensem anni Delphici fuisse, ut cum Atticorum Metagitnione sit componendus.†)

Nemeadum initium adscribitur Ol. 51, 4.††) Nemeas tri-

---

*) Simon archon fuisse videtur hoc ipso anno: sane secundum Annales Parios IX annorum intervallum inter *ἀγῶνα χρηματίτην* et *στεφανίτην* fuit, itaque si auctor annalium eodem computo utroque loco usus est, Simonis nomen adscribendum anno Ol. 47, 2, atque si certamen tunc praeter ordinem celebratum est, possis hanc rationem probare. Sed veri simillimum est, cum bello decennali confecto instaret Pythias ennaeteris, Amphictionas ludis gymnicis additis et praemiis amplis propositis hanc ipsam Pythiadem apparatu magnifico instauravisse.

**) Schol. Pind. *μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ καταγωνισαμένων τῶν μετὰ τοῦ Ἱππίου τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Κιρραίων, ἐπὶ μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος Δαμασίου, ἐν δὲ Δελφοῖς Διοδώρου, ὕστερον καὶ στεφανίτην ἔθεντο κατορθώσαντες.* Ubi voce *ὕστερον* designatur biennium, quod post belli exitum ante primum certamen coronarium transactum est.

***) Huic eidem anno quo Damasias Athenis archon fuit adscripsit Demetrius Phalereus septem sapientes (Diog. L. I, 22), non alio opinor usus argumento, quam quod illo anno solis defectum, quem Thales praedixisse ferebatur, accidisse censebat, Eudemi Rhodii ut videtur rationes secutus. Hinc Syncellus solis defectionem, Isthmia et Pythia instaurata, septem sapientes deinceps recenset; nam chronographorum veterum turbas nihil moror.

†) Cf. C. Fr. Hermann Ant. sacr. § 49, 12. Mense Bucatio Pythia celebrata esse constabat, sed qui fuerit ordo mensium apud Delphos, incertum erat. Verum iam dudum Boehneke coniectura assecutus est (Forschungen I, 307 seq., adde quae idem Demosthenes I, 183 disputavit), idque confirmaverunt tituli Delphici, quos edidit Kirchhoff Monatsber. d. Berl. Ac. 1864, p. 129 seq.

††) Ita Eusebii versio Armena, nam Hieronym. Ol. 52, 1 adscripsit, vid. ed. Schoenii. Adde Fischer Annal. Graec. p. 127, Duncker Hist. Ant. IV, 429. Ludos Nemeaeos C. Fr. Hermann Ant. Gr. publ. § 65, 4 post Cleosthenis Sicyoniorum principis mortem instauratos esse suspicatur, quae coniectura si satis firma esset, ludorum initia ad Ol. 53, 4

eteris fuit, itaque singulis Olympiadibus binae Nemeades celebrabantur, sed diversis ut videbatur anni temporibus: nam Pausanias *hiberna* Nemea (*χειμερινὰ*) memorat, itaque consentaneum altera fuisse *aestiva*; atque quarto quoque Olympiadis anno ineunte i. e. aestate Nemea acta esse satis constat; sed hiberna, utrum primo an secundo Olympiadis anno adscribenda sint, ambigunt homines docti.*) Hibernus mercatus haud dubie minus frequens et illustris cum magis *ἐπιχωρίου ἀγῶνος* vicem obtinuisse videretur, equidem olim existimabam pleraque Pindari carmina ad Nemeadas aestivas referenda esse.

Sed ingenue fatendum, nos quemadmodum Pindari aetate Nemeades ordinatae fuerint, plane ignorare: nam ante Demosthenis aetatem nihil ea de re memoriae proditum.**) Demosthenes cum Ol. 107, 4 quingentorum collegio adscriptus esset, ipse testatur in or. adv. Midiam 114 se *ἀρχιθεωροῦντα ἀγαγεῖν τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν*, cf. A. Schaefer Demosth. II, 99. 105. 110, quo honore orator haud dubie initio eius anni functus est. Praeterea extant reliquiae plebisciti Attici, quod factum die 11 mensis Hecatombaeonis Ol. 114, 2 (vid. Koehler Herm. V, 19 et 328, CIAtt. II, 181), ut confirmaretur id quod suaserat *ὁ ἀρχεθέωρος ὁ εἰς τὰ Νέμεα*. Manifestum est non agi de theoria prioris alicuius anni,***) sed princeps sacrae legationis antequam profectus est rogavit legem de pecunia theoriae adornandae gratia eroganda: *τοὺς δὲ ἀποδέκτας μερίσαι τῷ ἀρχεθεώρῳ, ὃς ἂν ἀεὶ ἀρχεθεωρήσῃ, τὸ ἀργύριον*. Itaque hac aetate Nemeades agebantur Olympiadis anno secundo et quarto aestivo tempore utraque: nam architheorum, qui Ol. 114, 2 die 11 m. Hecatomb. lectus fuit, eodem mense suum munus obiisse consentaneum est: atque iisdem diebus Ol. 107, 4 functus est De-

---

forent referenda, nam ista Olympiade videtur Cleosthenes obiisse, cf. Duncker IV, p. 36. Nemeae victores cum plurimi commemorentur, tamen certae temporis notae omnino desiderantur, nisi quod semel in scholiis Pindaricis Nemeadis numerus est additus, sed manifesto mendo laborans, vid. Nem. VII.

*) Disputaverunt de hac quaestione praeter Boeckhium Opusc. V, 202 seq. alii, vide C. Fr. Hermann Ant. Gr. sac. § 49, 17. 18. Nuper Unger in Philol. XXXIV, 51 seq. hanc quaestionem retractavit et pleraque probabiliter expedivit.

**) Neque enim Xenophontis locus Hellen. IV, 7, 2 huic quaestioni solvendae conducit, Pindari autem fr. 75, 13, quo hiberna Nemea respici existimant, ut iam olim significavi, plane alienum, vid. quae ibi adnotavi.

***) Koehler nihil decernit, sed Unger recte perspexit, quanti momenti haec plebisciti verba sint.

mosthenes sacra hac legatione, quandoquidem dicit se *εἰσιτήρια τῆς βουλῆς* celebravisse, tum Nemeam profectum, deinde *ἱεροποιὸν* Eumenidum sacris interfuisse; tria haec sacra, quae ordine recenset, mense Hecatombaeone obeunda erant, siquidem recte Aug. Mommsen Heort. 171 Eumenidum sacrificium ad Panathenaea rettulit. Nemeas igitur tunc iusta fuit *τριετηρίς*,*) aestiva utraque, sed, ut videtur, dignitate dispares, siquidem Aristoteles Metaphys. IV, 11, ubi vim et naturam *τοῦ προτέρου* et *τοῦ ὑστέρου* explanat (cf. Phys. IV, 14) scripsit: *τὰ δὲ τῷ ἐγγυτέρῳ τοῦ νῦν, οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων· πρότερον γὰρ Νέμεα Πυθίων, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ νῦν, ὡς ἀρχῇ καὶ πρώτῳ χρησαμένων*,**) nam si par dignitas utriusque solemnitatis, exemplum hoc non satis foret commodum, siquidem unaquaque Olympiade Nemea et praecedebant et subsequebantur Pythiorum mercatum: sin posterior Nemeas illustrior, dicendum potius *πρότερον Πύθια Νεμέων*, sed prior Nemeas et splendore et fortasse antiquitate superabat alteram, unde simpliciter dici solebat *Νέμεα*, quem usum Aristoteles sequitur.

Neque sub Alexandri successoribus Nemeadum tempora aliter discripta, velut Nemeas prior acta Ol. 116, 2, vid. Diodor. XIX, 64, item 146, 2 quamvis non stata die at certe aestate nondum praeterlapsa, vid. Livius XXXIV, 41;***) Nemeas autem posterior Ol. 140, 4, cf. Polyb. V, 105, item Ol. 143, 4, cum Philopoemen iterum summo magistratu functus est,†) cf. Plut. Philop.

---

*) Recte igitur Schol. Pindari Arg. Nem.: *καὶ ἔστι τριετὴς (ἀγὼν) τελούμενος μηνὶ Πανέμῳ δωδεκάτῃ*: nam eodem et mense et die utraque Nemeas agi solita. Panemus est Argivorum mensis (non Corinthiorum, ut nonnullis visum), qui fere cum Attico Hecatombaeone congruebat, nam si *δωδεκάτη* vitii est expers aliquanto post 1 Hecat. incipiebat mensis Argivus. Unger numerum corruptum putat, et probat quod recentior scholiasta a Mommseno editus praebet *ιή*, sed hoc incertum. Quod Schol. Pind. Ol. VII, 147 dicit de Rhodiorum *Ἁλιείοις· τελεῖται μηνὸς Γορπιαίου εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ἀπέχει δὲ Νεμέων ἡμέραις ἓξ*, videtur omnino segregandum; *Γορπιαῖος* non est antiquum nomen mensis Rhodiorum, sed grammaticus Macedonum fastis utitur, ac Nemea videtur solennitas esse Rhodiorum, quos arcta necessitudine cum Argivis coniunctos fuisse constat: poterantque Rhodii Nemea, quae in Peloponneso aestate agebantur, ad auctumnum transferre.

**) Haec scripsit Aristoteles Ol. 114, 1 ut videtur post Alexandri regis mortem, cum instarent Nemea Ol. 114, 2 (h. e. illa ipsa Nemeas, ad quam pertinet plebiscitum Atticum), post quae Pythia Ol. 114, 3 celebranda fuerunt. Philosophum enim novissimo aetatis tempore metaphysicorum libris conficiendis operam dedisse satis constat.

***) Non assentior interpretationi, quam Nissen Mus. Rh. XXVI, 249 commendavit.

†) Nissen Mus. Rh. XXVI, 245 Philopoemenis magistratum ad Ol. 145, 3 refert.

11 et Pausan. VIII, 50. Verum non licet haec et alia exempla accuratius examinare.

De saeculis ante Demosthenis aetatem nihil compertum, sed veri simile est per hos ducentos annos singulas Nemeadas semper secundo et quarto Olympiadis anno actas et ad unam omnes aestivas fuisse: suadet hoc satis magnus numerus victoriarum, quas multi ludis Nemeaeis sibi pepererunt: nam si altera Nemeas in hiberuum tempus incidisset, propter infrequentiam qui gymnicis ludis operam dabant victoriae praemia hac Nemeade minus studiose expetituri erant. Itaque ordo horum ludorum, quemadmodum a principio discriptus, religiose observatus est per omnia saecula, et hibernae Nemeadis origines altius repetendas esse apparet. Qui mercatum Nemeaeum ordinavit, videtur duo diversa sacra, quae inde ab antiquissimo tempore Nemeae accolae obire soliti erant, arcta necessitate vinxisse: cum Iovi Nemeaeo sacra ex more facerent aestate anno quoque secundo Olympiadis, et vicissim hiberno tempore festos agerent dies (utraque solennitas penteteris fuisse videtur), iam hibernis sacris in aestatem anni quarti Olympiadis translatis Nemeas trieteris instaurata est, id quod factum est Ol. 51, 4, a quo anno Nemeades computantur. Prior solennitas nude *Νέμεα* dicta, posterior *Νέμεα τὰ χειμερινὰ* prisci moris memoria servata. Solus Pausanias, ut est antiquitatis studiosus, utitur hac appellatione II, 15, 3, unde apparet Nemeae etiam tunc Argivos hanc posteriorem solennitatem celebravisse, eodemque pertinet alter locus VI, 16, 4; sed prior Nemeas Pausaniae saeculo Argis agebatur, vid. Paus. II, 24, 2*), quemadmodum iam prioribus saeculis antiqua instituta spreta sunt, velut cum Aratus Cleonaeis ius praesidendi certamini Nemeaeo restituisset,**) per complures annos Nemeades et a Cleonaeis Nemeae et ab Argivis in ipsorum urbe simul celebratae

---

*) De his Pausaniae locis quae Unger disputavit omnino reiicienda sunt. Quod in titulo Argivo, qui eiusdem aetatis est, CIGr. I, 1124 legitur *ἀγωνοθέτας Ἡραίων καὶ Νεμείων καὶ Σεβαστείων καὶ Νεμείων καὶ Ἀντινοείων ἐν Ἄργει*, inde non conficitur utrumque Nemeorum mercatum tunc in urbe Argivorum actum esse.

**) Cleonaei primi certaminis instaurati praesides fuerunt, in quorum locum mox Argivi successerunt; sed quod Dissen coniecit circa Ol. 80 Cleonaeos hunc honorem recuperavisse, satis incertum est; nam quod Pindarus Nem. IV, 17 *Κλεωναῖον ἀγῶνα* vocat, nullius est momenti. Sed quod in titulo Attico (vide supra) Ol. 114, 2 praeter architheorum etiam Lapyris proxenus Atheniensium, Cleonaeus civis memoratur, inde possis colligere, Cleonaeos tunc participes huius honoris fuisse: Philippus, cum Peloponnesiorum res ordinaret et omnia ad pristinum statum revocaret, fortasse hoc Cleonaeis gratificatus est.

sunt, vid. Plut. Arat. 28; Argivi, postquam Achaeorum foederi adscripti sunt, videntur etiam illud jus recuperavisse, certe Ol. 139, 2 certamen Argis, non Nemeae actum, vid. Plut. Cleom. 17, ut Schoemann suspicatur propter belli tumultum.

Isthmiadas proxime post Pythia instauratas esse argumento est solennis ordo mercatuum Panhellenicorum *Ὀλύμπια, Πύθια, Ἴσθμια, Νέμεα* ratione habita temporis, quo singula certamina primum acta.*) Cum Cypselidarum imperio abrogato Isthmia restituta dicantur Ol. 49, prima Isthmias videtur Ol. 49, 4 acta esse.**) Haec enim trieterica certamina agebantur aestate incipiente secundo quoque et rursus quarto quoque anno Olympiadis.***)

Itaque apparet conciliorum Panhellenicorum ordinem prudenter sic discriptum fuisse, ut singulis quadrienniis

anno 1	aestate vergente	agerentur Olympia
anno 2	ineunte	Nemea I
	vergente	Isthmia I
anno 3	aestate vergente	Pythia
anno 4	ineunte	Nemea II
	vergente	Isthmia II.

Olymp. 65, 3. Pindarus Thebis natus ipso Pythiorum tempore (sec. Boeckhium Ol. 64, 3).

Olymp. 70, 3. Pindarus viginti annos natus scripsit carm. Pyth. X.

---

*) Cf. Keil Schedae epigr. p. 4 seq., quamquam passim quum in titulis, tum apud scriptores ordinem variatum esse exempla ibi proposita docent, velut est in plebiscito Byzantiorum ap. Demosth. de cor. 91 *ἀποστεῖλαι θεωρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ Ἑλλάδι πανηγύριας Ἴσθμια καὶ Νέμεα καὶ Ὀλύμπια καὶ Πύθια*. Nam cum decretum factum sit Ol. 110, 1, erant ludi eo ordine enumerandi, quo sacrae legationes aditurae erant, *Νέμεα, Ἴσθμια, Πύθια, Ὀλύμπια*, aut certe legitimus ordo observandus.

**) Siquidem exitus dominationis Cypselidarum incidit in Ol. 49, 3; verum haec quoque incerta. De Cypselo eiusque successoribus nuper complures certatim disputaverunt, de Aristotelis loco Polit. V, 12 Roeper in Philol. XX, 722 seq. Duncker hist. Ant. IV, 27 Isthmia a Periandro novissimo regni tempore instaurata esse censet. Chronographi Isthmia et Pythia Ol. 49, 4 vel 50, 1 (vide Schoenii Euseb.) instituta perhibent, at neque eodem anno utrumque certamen instauratum, neque Isthmia ante Pythia acta.

***) Plerique homines docti (vid. C. Fr. Hermann Ant. sacr. § 49, 14, 15) Isthmiadas media aestate in confinio secundi et tertii, ac rursus in confinio quarti et primi Olympici anni celebratas esse existimant, satis incertis indiciis confisi, velut Curtio Hist. Alex. IV, 5 nullam fidem habendam censeo. Sed non licet difficilem hanc quaestionem hoc loco expedire.

Olymp. 70, 4 (vel 70, 2) poeta videtur carmen Isthm. VII scripsisse.

Olymp. 72, 3. Pugna ad Marathonem commissa. Pindarus scripsit carm. Pyth. VI et fortasse Pyth. XII.

Olymp. 74, 1. Pindarus carm. Ol. X et XI condidit.

Olymp. 75, 1. Proelium ad Salamina commissum.

Olymp. 75, 2. Pugnatum ad Plataeas. — Pindarus scripsit Isthm. VIII.

Olymp. 75, 3. Hiero regnum Syracusarum auspicatur.

Olymp. 75, 4. Pindarus scripsit Isthm. V.

Olymp. 76, 1. Pindarus ab Hierone invitatus in Siciliam se confert ibique carm. Ol. I. III. II. componit. — Hiero Aetnam urbem condidit.*) — Aetna mons arsit.**)

Olymp. 76, 2. Pindarus videtur dithyrambum Athenis docuisse et propter Athenarum laudes a Thebanis multatus esse.

Olymp. 76, 3. Pindarus scripsit carm. Pyth. VII et IX.

Olymp. 76, 4. Carmen Nem. IV videtur scriptum esse.

Olymp. 77, 1. Pindarus scripsit carm. Ol. XIV et fortasse VI.

Olymp. 77, 2. Nem. I videtur compositum (post Nem. IX).

Olymp. 77, 3. Carmen Ol. XII et Pyth. I huic anno adscribenda.

Olymp. 78, 2. Carm. Nem. VII compositum.

Olymp. 79, 1. Pindarus composuit carm. Ol. VII et XIII.

Olymp. 79, 3. Pindarus scripsit carm. Pyth. IV et V.

Olymp. 80, 1. Carm. Ol. VIII conditum.

Olymp. 80, 3 et 4. Aegina insula obsideri coepta. — Pugnatum apud Tanagram et ad Oenophyta (cf. Krüger hist. phil. Stud. I p. 172 seq.).***) — Aegina insula per novem menses obsidione cincta ab Atheniensibus subacta (cf. Krüger ib. p. 176).

---

*) Krüger (Hist. philol. Stud. I p. 44) contendit Diodorum XI 49 errasse, archontibus Phaedone et Apsephione confusis, atque Aetnam urbem Ol. 77, 3 conditam esse censet, quod omnino improbandum est: potius apud Diodor. XI 49 est in numeris erratum et pro *ἕτη πεντήκοντα καὶ ὀκτὼ* corrigendum *ἑξήκοντα καὶ ὀκτὼ*, cf. Diod. XIII 62.

**) Thucydidis potius sequor auctoritatem (III 116), quam annalium Pariorum fidem: neque vero apud Thucydidem numerus corrigendus, id quod placuit Krügero; cf. quae dixi Philol. XXXII 136 seq.

***) Alii proelium ad Tanagram referunt ad Ol. 80, 4, pugnam ad Oenophyta ad Ol. 81, 1. Omnino non est dissimulandum Graecorum res hoc tempore gestas vix satis certo ad annalium fidem revocari posse.

Olymp. 81, 3. Carm. Ol. IX et Pyth. XI (?) scripta.*)
Olymp. 82, 1. Pindarus scripsit carm. Ol. IV (et V). — Eodem hoc anno poeta sexaginta sex annos natus decessit.**)

III.

DE ORDINE LIBRORUM PINDARICORUM.

Cum solennis ordo certaminum Panhellenicorum hic sit *Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea,* ratione habita, ut par est, temporis, quo singula sunt instaurata, vide supra p. 18 n. 1, consentaneum est, etiam hos quattuor libros Pindaricorum carminum a veteribus grammaticis ad eundem modum dispositos fuisse. Atque olim Nemeis carminibus quartum locum attributum esse appendix huius libri arguit: additae enim sunt tres odae, alienae ab hac sylloge: Nem. IX victoriam Sicyone in Pythiis, Nem. X in Hecatombaeis Argis partam celebrat, Nem. XI omnino non est epinicium. Tria haec carmina, quae cum Nemeis odis nulla necessitate iuncta sunt, apparet propterea huic libro addita esse, quoniam novissimus fuit. Similiter tertius sive ultimus liber Partheniorum continebat carmina ab hoc poesis genere aliena, itaque inscriptus *κεχωρισμένα Παρθενεῖα*, quemadmodum de his tribus odis adnotavit schol. *αὗται αἱ ᾠδαὶ οὐκέτι Νεμεονίκαις εἰσὶ γεγραμμέναι· διὸ κεχωρισμέναι φέρονται.* Atque iusti ordinis vestigium etiam nunc superest in vita Pindari, quam Thomas Magister non conscripsit, sed recognovit (Biogr. p. 100 ed. Westerm.): *γέγραπται δ' αὐτῷ ιζ' βιβλία, ὧν δ' ἡ λεγομένη περίοδος, Ὀλυμπιονῖκαι, Πυθιονῖκαι, Ἰσθμιονῖκαι, Νεμεονῖκαι*: ita codd. duo Vratisl.***) Quod ceteri libri Isthmiis ultimum attribuunt locum, ad Thomam vel alium correctorem Byzantinum referendum est.

Mutatus est ordo in archetypo, unde omnes nostri Epini-

*) Quod nullum praeterea extat Pindari carmen, quod probabili ratione ad Olympiadem 81 referri possit (nam Isthm. VII non recte huic tempori adscripserunt), videtur repetendum ex rerum Thebanarum miseriis perpetuis; nam post cladem apud Oenophyta acceptam respublica Thebanorum gravissimis dissidiis est agitata, cf. Aristotel. de republ. V 2, 6.

**) Secundum alios octogenarius obiit, h. e. Ol. 85, 3. Boeckh poetae mortem Ol. 84, 3 adscripsit. Mommsen (p. 29) Ol. 86, 4 mortuum esse statuit.

***) Boeckh non debebat ordinem librorum auctoritate munitum immutare.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Codex Ambrosianus ε′ continet Nem. V, VII—XI et Isthmia; quod si in exemplo, unde hic liber descriptus, carmen Nem. VI legebatur, potuit c. IX numero ε′ notari, numerandi initio facto a c. V. Alter codex Estensis continet Nem. IV—XI et Isthmia,*) in quo libro cum Nem. IX inscribatur *δέκατον*, videtur numerandi initium factum esse a Nem. I, itaque si numeri integri sunt propagati, ut verisimile est, suspicari licet carmen aliquod Nemeum inter I et IX (ut videtur inter III et IV vel inter IV—V, si quidem libri veteres fere omnes hic deficiunt) interceptum esse, quod in hac librorum Pindaricorum perturbatione facile potuit accidere: et si fides habenda Nicephoro Pindari fragmentum 214:

Γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα γηροτρόφος συναορεῖ
ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

ex Nemeis petitum (*ζήτει ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν Νεμέων*).**)

Isthmiorum liber plurimum detrimenti cepit: deest in principio unum certe carmen curuli victoriae celebrandae destinatum, intercidit extrema pars c. III una cum exordio c. IV, denique in fine complura carmina desiderantur. Constat hic liber versibus fere 736, si tralaticio more cola numerantur, singuli autem libri admodum 13—1400 versus complectuntur,***) ita ut appareat prope dimidiam libri partem periisse. Atque satis magnus numerus fragmentorum, quae Isthmiis adscribenda sunt (nam quae apud Eustathium leguntur prope omnia ex his perditis epiniciis petita) cum hac computatione plane conspirat.

IV.
DE TITULIS CARMINUM.

Pindari carmina quemadmodum inscribenda sint, ambiguum, quandoquidem libri manuscripti aut carminum titulis omnino carent aut admodum discrepant. Inscripsi *Ἐπίνικοι Ὀλυμπιονίκαις, Πυθιονίκαις κτλ.*, nam quemadmodum Simonidis carmina propter victorias ludicris certaminibus partas condita et in editionibus antiquis secundum certaminum genera discripta, *ἐπίνικοι*

---

*) Prior liber incipit a Nem. V, alter a Nem. IV, quemadmodum sex libri VXXXXY terminantur Nem. IV, v. 68.

**) In fine Nemeorum nullum carmen videtur lacuna haustum esse, si subscriptioni in D et B confidere licet.

***) Vide infra p. 280 ed. 3. Quattuor epiniciorum libri secundum veterem discriptionem admodum 5500 versus continent.

δρομέσι inscripta fuerunt (vid. ad Simon. fr. 5), ad eundem modum consentaneum est etiam haec Pindari poemata in quattuor libros digesta secundum sacrorum certaminum Panhellenicorum ordinem antiquitus inscripta fuisse. Neque penitus oblitteratus hic carminum titulus, velut tres libri FKN exhibent *πινδάρου ἐπινίκιοι Ὀλυμπιονίκαις* et libro extremo cod. optimus B *πινδάρου ἐπινίκιοι ὀλυμπιονῖκαι*, item in fine Nem. codex fide satis dignus D *πινδάρου ἐπίνικοι νεμεονίκαις.**)

Veteres Grammatici, cum quattuor libros *Ἐπινίκων* (*Ἐπινικίων*) nomine comprehendant (vid. Antiatt. Bekkeri p. 80 et Proleg. ad fr. Pindar. p. 281 seq. ed. 3), singulos libros conpendiario *Ὀλυμπιονίκας*, *Πυθιονίκας κτλ.* nuncupant, velut Pindari interpretes antiquiores, Apollonius Dyscolus, Herodianus, Athenaeus, Antiatticista,**) alii. Et ad hunc modum in antiquioribus codicibus qui quidem titulos exhibent Pindarica poemata inscribuntur, *Πινδάρου ὀλυμπιονῖκαι*, item libro extremo *Πινδάρου Ὀλυμπιονίκων* (pravo accentu omnes ut videtur) *τέλος*, item *Πινδάρου Πυθιονῖκαι*, sed *Πινδάρου Νεμεονῖκαι* praeter novicios libros ε′ ζ′ (ad Isthm. V [IV] extr.) recens tantum liber (f) suppeditat, qui etiam in subscriptione praegressi libri solus *Πυθιονῖκαι* testatur. Denique *Ἰσθμιονῖκαι* item soli ε′ ζ′ ad Isthm. VI (V) tuentur.

In libris recentioribus novo modo inscribuntur Pindari carmina *Ὀλύμπια* (libro extremo variatur *τέλος Ὀλυμπίων* vel *τῶν Ὀλυμπίων ὕμνων* vel denique *τῶν Ὀλυμπιάδων*), item *ἀρχὴ Πυθίων* et *τέλος Πυθίων* (*τῶν Πυθίων ὕμνων*), *Νέμεα* (*Ζ α′*) et *τέλος τῶν Πινδάρου Νεμέων* (Ḅ); idem passim additum singulis carminibus

---

*) *Ἐπίνικοι* legitima forma est, quamquam librarii fere *ἐπινίκιοι* substituerunt, non *ἐπινίκια*. Proclus in chrestom. melicae poesis varias formas enumerans *ἐπινικίους* dicit (Gaisford *ἐπινίκια* praeeunte Sylburgio edidit), sed infra rectius *ὁ δὲ ἐπίνικος ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς πρωτεύουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο.* Itaque Schol. Pindari Pyth. I, 1: *γέγραπται μὲν ὁ ἐπίνικος Ἱέρωνι.* Nem. I, 1: *γέγραπται ὁ ἐπίνικος Χρομίῳ Αἰτναίῳ*, item I, 7 *πιθανὸν οὖν φησὶν ὁ Δίδυμος καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Χρομίου Νεμεακῆς νίκης ἐπίνικον ἕνεκα τούτου συντετάχθαι.* Nem. XI, 1: *οὐδὲ ὅλως, φησὶν ὁ Δίδυμος, ἐχρῆν τὴν ᾠδὴν ταύτην εἰς τοὺς ἐπινίκους συνενῶσθαι* (ubi *συνηνῶσθαι* scribendum, quamquam insolens structura offendit, fort. aliud vocabulum latet).

**) Antiatt. semel p. 90, 23 singulari numero utitur *Πίνδαρος Ὀλυμπιονίκῃ*, ubi certe carminis numerus *στ′* addendus fuit, quamquam similiter Et. M. 645, 30; in Et. M. etiam *Ξενοφῶντος ἐπινικίῳ*, *Ἀγησιδάμῳ*, *Ἀριστοκλεῖ* (*Ἀριστοκλείδῃ*) legitur. Repperi etiam, sed non memini ubi *Νεμεονικῶν α′*.

et Nemeaeis et Isthmiis, quoniam hi duo libri in codd. non iam diremti.*) *Ἴσθμια* unus codex (ε) inscripsit tria novissima carmina additis numeris α', β', γ'. Et hanc quidem recentiorum codicum consuetudinem sequuntur scholia metrica. Nostri quoque hunc indicem receperunt, qui haud scio an ex errore sit ortus: etenim si victoris nomini mercatus, quo coronam sibi peperit, fuit additus, velut Pyth. I *Ἱέρωνι Αἰτναίῳ ἢ Συρακοσίῳ ἅρματι Πύθια*, sive VII *Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ ἵπποις Ὀλύμπια Ἴσθμια Πύθια*, et solennitatis nomen subsequebatur numerus carminis, non est mirum, Byzantinos homines *Πύθια α'* et similia pro librorum indice accepisse. Itaque hic quoque pluralis numerus ubique retinetur.**) ·

Nunc quidem in codicibus, si Mommseno fides habenda est, numeri fere desunt;***) librorum auctoritate cum destituti simus, neque editionum veterum testimonia ea in re ullum faciant momentum, in singulis carminibus victoris nomini subieci *ᾠδὴ α'* et sic deinceps. Ὠιδὰς enim singula carmina nuncupare solent veteres grammatici, velut Nem. XI, 1 Didymus scripsit *οὐδὲ ὅλως ἐχρῆν τὴν ᾠδὴν ταύτην εἰς τοὺς ἐπινίκους συνηνῶσθαι.* Isthm. V (IV) *ταύτην τὴν ᾠδὴν Ἡφαιστίων μετὰ τὴν ἕξης φησι γεγράφθαι*, et deinde *γεγράφθαι καὶ Νεμεακὴν εἰς αὐτοὺς ᾠδὴν* et *ὥστε Ἰσθμιακὴν οὖσαν τὴν ᾠδὴν μὴ ἀναγεγράφθαι κἀκείνῳ.*

Vocabulum *εἶδος*, quo metrica scholia utuntur constanter, velut *περὶ τῶν κώλων τῆς στροφῆς καὶ ἀντιστροφῆς τοῦ δευτέρου τῶν Πυθίων εἴδους*, non ipsum carmen significat, quod etiam in his scholiis *ᾠδὴ* dicitur, itaque statim subsequitur: *τῆς δευτέρας ᾠδῆς ἡ μὲν στροφὴ καὶ ἀντίστροφος κώλων ιε'*, sed grammaticus ille, cuius opera in versuum colis discribendis versatur, metricam carminis speciem *εἶδος* appellat; est autem unicuique carmini peculiaris species, nam lyrici poetae sedulo cavebant, ne carminis modum numerosque denuo adhiberent, sed sollerter varias semper novasque metrorum figuras reppererunt †). Sed Pindari

---

*) Isthm. V (IV) extremo, ubi perturbationi illi modus fit, *ε' ξ' τέλος τῶν Πινδάρου Νεμεονικῶν* vel *Πινδάρου Νεμεονῖκαι*, antiquo more, quemadmodum iidem codd. proximo carmini praemittunt *Π. Ἰσθμιονῖκαι.*

**) Unum aliquod carmen ubi notatur, aut *τέλος τῆς α' Νεμέων ᾠδῆς* (B) aut *Ἴσθμια α'* i. e. Isthm. VI (V) dicitur (ε').

***) Nem. V B *Πυθέα παιδὶ Αἰγινήτῃ ᾠδή ε'*. Nem. IX B *ᾠδὴ θ'*, ibidem *ε' Νεμέα ε'*, et *ζ' δέκατον*, et hi quidem libri (ε' ζ') deinceps numeris insigniunt carmina. Passim in fine carminis numerus indicatur, velut Ol. I est in V *τέλος τοῦ πρώτου ὕμνου Πινδάρου.*

†) Apollonius, cui *εἰδογράφου* cognomen fuit, non solum musicos

librarii passim *εἶδος* et *ᾠδή* promiscue usurpant, velut Pyth. I inscribitur in Xa *εἶδος πρῶτον.**)

Satis superque apparet, quam negligenter et pro arbitrio librarii inscriptiones Pindaricorum carminum propagaverint: nam modo omittunt, quae in antiquis exemplaribus fuisse consentaneum est, modo licenter variant vel denique suo periculo amplificant. Retinui, quod iam veteres grammatici videntur addidisse, Ol. III *εἰς Θεόξενια* (vel *Θεοξένια*), sed Ol. XI *τόκος* (*ἀρχὴ τόκου*) segregavi. Non minor licentia librariorum grassata est in subscriptionibus, quae nullius omnino sunt auctoritatis: nam olim addita ex more nota asterisci (※) significabat carmen ad exitum deductum esse.

V.

DE ANTIQUAE SCRIPTURAE RELIQUIIS.

De antiquae scripturae vestigiis, quae passim in Pindari libris deprehendimus, accurate subtiliterque ut solitus erat disputavit Boeckh in commentatione *de arte critica in Pindari carminibus factitanda* in Act. Acad. Berol. 1825 p. 301 seqq., quem viri summi commentarium nunquam oculis videtur usurpavisse Christ, qui annis XLII post in Philologo XXV, p. 607 seq. eandem quaestionem de integro tractavit, et sibi quidem, fortasse etiam aliis visus est avia peragrare loca nullius ante trita solo. Existimat autem Christ se antiquae scripturae vestigiis indagandis rectam Pindari carminum emendandorum viam munivisse.**) Quod spem concepit, hoc modo Pindari poemata facillime in integrum restitui posse, fidem veritatemque omnino excedit: nam

---

modos, quibus Pindarus in singulis carminibus usus est, sed etiam metrorum figuras explicavisse videtur: neque tamen quidquam ex Alexandrini grammatici copiis propagatum in istorum magistellorum commentarios de metris Pindari. Sed ad Apollonium referendas censeo adnotationes in titulo Ol. III *Στησιχόρεια* (vel *στησιχόρια* O), item ad Ol. V *Ἰθυφαλλικὸν* (F); nam utriusque carminis numerorum indolem et verissime et brevissime descriptam videmus. Obscura est nota in compluribus libris Ol. XII, 1 adscripta, de qua suo loco dicetur.

*) Cf. Eustath. 34: *αἱ ἐπινίκιοι ᾠδαὶ τοῦ Πινδάρου καὶ εἴδη τουτέστιν ἰδέαι χάριν σεμνότητος ὀνομάζονται, ὅπερ ὑποκορισθὲν εἰς εἰδύλλια ἐπιγραφὴ γέγονε τοῖς Θεοκρίτου ποιήμασιν.*

**) Velut de Mommseno p. 611 haec dicit: er hat es nicht gewagt, die Recension des Pindarischen Textes auf jenem Fundament aufzubauen.

variae admodum ac multiplices sunt corruptelae codicum Pindaricorum. Pharmacopolae venditant remedia ad quosvis morbos sanandos aptas, sed sapientes medici et germani critici ab hac vanitate procul abhorrent. Ipse in Pindaro recensendo studiose animum adverti ad reliquias priscae litteraturae, et multis locis difficiles scripturas expedivi, sed modeste et caute usus sum ea observatione, cum Christ hanc medicinam intempestive et imprudenter adhibeat. Nam, ut iam in Addendis ed. 3 significavi, artis epigraphicae parum gnarus est, neque indolem *ἀρχαίας σημασίας* satis perspexit, velut existimat Graecos per omnia littera *E* loco diphthongi *EI* usos esse: qui error, quamvis pervagatus, penitus tollendus est. Nam ubi I nativum et primigenium est, ubi diphthongus ex duabus peculiaribus vocalibus coaluit, etiam veteres ut par est *EI* scribere soliti sunt, velut *ΔOKEI*, *ΜΕΓΑΛΟΣΘΕΝΕΙ*, *ΕΚΤΟΡΕΙΟΣ*,*) at ubi *I* complementi loco temporum decursu se insinuavit, ibi antiquitatis tenaces plerumque simplici littera *E* defungebantur, velut *ΔOKΕΣ*,**) *ΓΑΡΥΕΝ*, *ΞΕΝΟΣ*, *ΚΕΝΟΣ*, alia.***) Omnino rudis est in arte critica factitanda Christ, qui quoniam *ἐς* pro *εἰς*, *ἔσω* pro *εἴσω*, *ἐνάλιος* pro *εἰνάλιος*, *ἐπέραινε* pro *ἐπείραινε* et si quae alia metrum corrumpunt passim omnium veterum librorum consensu firmantur, existimat eiusmodi errores ex libris, qui in Alexandrina bibliotheca asservabantur, quibus tanquam fundamento usi sunt grammatici Alexandrini, in Aristophanis editione religiose servatos atque inde in nostros libros propagatos esse, scilicet Aristophanem acri iudicio et multiplici doctrina nulli secundum stolidiorem fingit Byzantinis magistellis, qui ista menda non dubitaverunt tollere. Eiusdem plane generis sunt scripturae varietates *Συρακόσιος* et *Συρακούσιος*, *εὐρύχορος* et *εὐρύχωρος*, *Νηρέος* et *Νηρέως*, neque multum refert, libri in his dissentiant an consentiant. Talia in omnibus Graecorum scriptorum codicibus reperiri noverunt periti, neque revocanda sunt ad antiquam scripturam, nisi forte quis etiam Demosthenem, Dionysium Periegetam, Plutarchum hac litteratura usos esse contenderit.

---

*) Monumentum Atticum, cuius titulum Thucyd. VI, 54 adscripsit, nuper erutum, sed si in epigrammate novissimo ENTEMENE legi perhibetur, detritam esse literam I existimandum est.

**) *ΔOKEΣ*, quod in Philol. XXIX, 319 adhibui, addubitavit G. Curtius: non est meum, fictis uti exemplis et credulos decipere, sed dicetur alio loco de hac forma et similibus accuratius.

***) Mirum est in Clytiae vasculo Musae nomen *ΚΛΕΟ* secundum novam collationem *ΚΛΕΙΟ* scriptum perhiberi.

Pindarus quidem, ut erat patrii moris tenax,*) haud dubie veterem scribendi consuetudinem per omnia secutus est, quemadmodum etiam Boeckh censet. Antiqua Pindaricorum carminum exempla non ita multo post bibliopolarum et litteratorum Atticorum opera translata sunt, obsoleta litterarum specie procul habita. Recentes libri legentium commodo inservientes cum studiose expeterentur, veteres brevi abolevisse consentaneum est, ut non iam licuerit Alexandrinis criticis haec antiquae litteraturae monumenta adhibere, quamquam Boeckh coniecit fortasse Zenodotum usum esse uno alterove libro, qui aetate Pindaro suppar fuerit, Christ vero confidenter, ut solet, Aristarcho haec subsidia artis criticae vindicat, abusus Aristarchi adnotatione Nem. I, 34: *καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἐσλός· ἡ γὰρ ἀντίστροφος ἀπήτει* (scr. *ἀπαιτεῖ*) *τὸ* $\overline{ου}$, unde Christ p. 610 conficit, non solum ipsum poetam veterem scribendi morem praeoptavisse, sed etiam Alexandrinis grammaticis copiam veterum exemplorum fuisse.**) At neutrum testificatur illa adnotatio; nam Aristarchus nihil aliud dicit, quam in hoc versu antiquae litteraturae vestigium depre-

---

*) Ionicarum litterarum usus in Boeotia ad exemplum Atticae civitatis receptus ut videtur aliquot Olympiadibus post bellum Peloponnesium, cf. Kirchhoff Studien z. Gesch. des griech. Alph. in Actis Ac. Berol. 1863 p. 203, qui lapidem Orchomenium litteris Ionicis incisum CIGr. I, 1569, qui Boeckhio videbatur ante belli illius exitum inscriptus esse, recte recentioris aetatis esse iudicat, sed quod post Ol. 111 demum titulum confectum arbitratur, incertum. Quod Kirchhoff adhibuit testimonium Bekk. An. II, 783 *Ἀρχίνου παρὰ Θηβαίοις γράφοντος ψήφισμα*, alienum, nam *Ἀθηναίοις* ibi corrigendum esse apparet.

**) P. 611 rem in medio relinquere videtur: „dass die Alexandriner noch alte Exemplare unseres Dichters vor sich hatten, die entweder noch ganz in den alten Charakteren geschriebeu waren, oder in denen doch die Umschrift in das ionische Alphabet nur unvollkommen durchgeführt war“. Sed deinceps confidentius, velut p. 615: „Ich glaube bewiesen zu haben, dass nicht blos die alten Grammatiker Kenntniss von einer mit alten Charakteren geschriebenen Handschrift hatten, sondern dass sie auch bei der metrischen Constituirung des Textes auf diese Thatsache Rücksicht nahmen.“ Eadem levitate antestatus Dionys. de comp. verb. c. 22 et 26 contendit, Aristophanem primum omnium lyricorum poemata membratim (*κατὰ κῶλα*) discripsisse, quod quamvis omnino reprobandum, etiam alii, si recte memini, proposuerunt Dionysii verba pro arbitrio interpretati. Colometriae disciplinam antiquitus a musicis traditam etiam grammatici retinuerunt: est enim cum artis musicae rationibus arctissima necessitudine coniuncta. Hinc schol. Dionysii Thracis (Bekk. An. II, 751), ubi docet in lyricis carminibus non solum metrorum, sed etiam *μέλους* rationem habendam esse: *διὸ οὐδ' ὁ στίχος κεῖται ἐν τῇ στοιχήσει τέλειος, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀπηχήματος τῆς λύρας στίζει* (fort. *ὡστίζει*) *τὴν ὁρμὴν, ὡς ὁρᾷς τὰ τοῦ Πινδάρου συγκεκομμένως ἐκφερόμενα.*

hendi. Neque enim ei erant libri, obsoletam scribendi consuetudinem per omnia servantes, sed vestigia tantum ac reliquiae antiquioris scripturae passim comparebant, vel casu vel inscitia describentium servatae. Satis rem illustrant monumenta Attica saeculi, quod belli Peloponnesii exitum subsequebatur: namque tituli etiam post Ol. 94, 2 multas notas veteris scripturae ostentant, vel quod opifices indulgebant consuetudini vel quod exemplum iis traditum hac inconstantia laborabat. Nec mirum, si eadem inconstantia in libris hoc saeculo descriptis usu venit: qui titulos incidebant, quorum plana fuit oratio, al erratis facilius cavebant, iniquior librariorum conditio, quibus ea, quae saepe non satis intelligebant, describenda fuerunt, velut Pindari poemata, quorum sententiosam sublimitatem vel docti homines aegre percipiebant. Nec dissimilis Homericorum librorum conditio: antiqua exempla, quamvis Ionicis litteris scripta, passim priscae scripturae reliquias retinebant,*) quas Alexandrini critici vel dedita opera vel incuriosi propagaverunt;**)

---

*) Sed Homericorum carminum exempla Pindaricos libros multum aetate superabant, quandoquidem epica illa poemata mature transfigurata sunt.

**) Veteris scripturae ignorantia saepius in errorem induxit iam antiquos magistros, velut Pollux X, 96 scribit *ἐν δὲ τοῖς δημιοπράτοις πέπραται καὶ ἄρτημα ὀβελίσκων, καὶ κρατευτὰς δὲ καὶ κρατευτήρια ἐρεῖς, καὶ ὡς ἐν τοῖς δημιοπράτοις ἐστιν εὑρεῖν, μολυβδοκρατευτάς.* paulo post haec addit: *ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ δημοσίᾳ πραθέντα ἀναγέγραπται, ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ σκεύη ἐστὶν ὠνομασμένα καὶ μολυβδοκρατευταί· καὶ Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Κόλαξιν ἔφη μολυβδίνους κρατευτάς.* Continua scriptura et *o* pro *ov* exaratum fraudi fuit; scribendum *μολύβδου κρατευταί*, id quod etiam Kirchhoff intellexit, sed non vidit *ἐν Ἐλευσινίῳ* corrigendum esse; in hoc enim delubro pilae collocatae, in quibus Alcibiadis et reliquorum bona publicata descripta fuerunt, quorum titulorum reliquiae etiamnunc supersunt, vid. Inscr. Att. I, n. 274 seq. Eleusinium constat sub arce situm fuisse, atque tituli 274. 275 reperti sunt ad ecclesiam *τῆς ὑπαπαντῆς*, 276 ut videtur in arce, 277 prope *πυλῶνα τὸν ἀστικὸν*, reliqui tituli alieni sunt. Craterus videtur hos titulos operi suo inseruisse et *δημιόπρατα* inscripsisse, unde Pollux cum alia tum hoc ipsum *μολυβδοκρατευταί* (id enim Craterus exhibuit) petiisse censendus est; sed quod grammaticus deinde addit, idem nomen legi in pila in Eleusinio, ipse adiecit, cum titulum oculis lustraret, neque tamen animadvertit eundem esse quem in Crateri opere legit. Praeterea errare videtur grammaticus, cum inter domestica instrumenta refert, quamvis Eupolidis versus hanc interpretationem commendare videatur: plumbum culinae minime aptum, quis enim credat plumbeas furcas, quibus veru imponeretur, igni admotas esse. Potius *κρατευταὶ μολύβδου* sunt plumbi massae, quemadmodum est in titulo Inscr. Att. I, 319 *Μόλυβδος (ἐωνήθη) τῷ ἀνθέμῳ καὶ τοῖς δεσμοῖς τῶν λίθων κρατευταὶ δώδεκα.* Has massas certo pondere fuisse recte suspicatus est Kirchhoff: nam etiam *μολυβδίδες*, quae in titulis navalis rei memorantur, ut alibi ostendi, ad cer-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

satis superque vim et notionem formae indicat. At Nem. I, 24 traditum quidem *ἑσλὸς* idque Aristarchus videtur retinuisse, ac tuentur non solum librí antiqui, sed etiam schol.: *τὸ ἑσλός* (ita corrigo, vulgo *ἑσλὼς*) *ἀντὶ τοῦ ἑσλοὺς Δωρικῶς*, verum non solum numeri lex productam syllabam flagitat, sed etiam ambigua forma officit sententiae percipiendae; itaque non dubitavi *ἑσλοὺς* scribere. Segregandum est aliud exemplum Nem. X, 62, ubi *ἥμενος* traditum, Didymus *ἡμένος* vel *ἡμένους* scripsit, sed Aristarchus potius sequendus, qui *ἧμενον* correxit. Duobus locis videtur poeta hac clausula $\overline{\text{ος}}$ usus esse, ubi versus lex brevem syllabam requirit, at Ol. II, 71 *νᾶσος* vel *νάσος* librorum auctoritate parum est munitum, antiqui enim libri *νᾶσον* testantur, quod revocavi. Alter locus Nem. III, 29 *ἑσλὸς αἰνεῖν* (ita pars codd. et schol., alii libri *ἑσλὸν* ex manifesta correctione) mendo laborat, quod non animadverterunt veteres critici: nam sententia instituta flagitat *ἔθνος αἰνεῖν*, idque restitui. Pindarus igitur videtur, etiamsi $\overline{\text{ος}}$ pro $\overline{\text{ους}}$ scripserit, correptione huius clausulae abstinuisse.

Si Isthm. VII, 22 *σθένει τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορφάεις· ἄγει δ' ἀρετὰν κτλ.* libri *μορφάεσσ'* vel *μορφάεσ'* praebent, manifestum ost *μορφάες* scriptum fuisse, sed mirum accidit, Alexandrinos hic consulto, non ignorantia (nam sententia plana) priscam scripturam retinuisse, ubi metrum *μορφάεις* desiderat, itaque haud scio an hic locus graviore mendo laboret.

Coniunctivi persona tertia passim in $\overline{\text{ει}}$ cadit, quae scriptura etiam in Homericis libris et in titulis Graecis satis est usitata*); veteres critici videntur huc animum non satis advertisse, equidem non dubitavi traditione posthabita, ut legentium commodo inservirem, $\bar{\eta}$ substituere: itaque Ol. VI, 76 *ποτιστάξῃ* scripsi, postea etiam duobus libris stabilitum, neque aliter intellexerunt vett. interpretes (*οἷς ἄν . . . παράσχῃ, οἷς ἄν ἐπιστάξει*), Pyth. IV, 268 *ἀμφέπῃ*, Nem. VII, 32 *αὔξῃ* (paraphr. *ὧν ἄν αὔξει*).

Nomen *Μέλαμπος* Pyth. IV, 126, quocum Homericum *ἀελλόπος*, doricum *τρίπος* componenda, nemo tentabit, *Κλεὸς* (*Κλέος*) Nem. III, 83 (quocum *ΛΑΤΟΣ* in titulo Delphico CIGr. I, 1688 componas) utrum ex librariorum errore ortum an ex antiqua scriptura sit residuum (in aliis libris legitur *Κλειοῦς*) amb-

*) In titulo Delphico CIGr. I, 1688 *η* scribi solet, sed *EI* pro *HI* exaratum.

igi potest,*) sed hoc probabilius, quandoquidem fr. 309 *Κλεὸς ἕκατι* extat, sive ex hoc ipso loco petitum, sive geminum exemplum. Ex numerorum observatione singulis locis diiudicandum, utrum *Ὄλυμπος* an *Οὔλυμπος*, *Ὀλυμπία* an *Οὐλυμπία*, *κολεός* an *κουλεός* sit scribendum: librorum ea in re auctoritas satis levis; quod si veteres fere simplicem vocalem exhibent, non tam antiquam traditionem, quam vulgarem sermonis usum sequuntur, metri nulla habita ratione, quae socordia non cadit in Byzantinos magistros Moschopulum et Triclinium.

Patrii casus clausulum $\overline{ov}$ consentaneum est in antiquissimis exemplis passim $\bar{o}$ fuisse, quemadmodum etiam tituli fluctuant (vid. CIGr. I, 1688), neque vero tuiti esse videntur Alexandrini, nisi forte $\bar{\omega}$, quod passim comparet, inde originem duxit; nam veteres grammaticos Pindaro hanc formam non omnino abiudicavisse ostendit schol. Nem. III, 10 *οὐρανῶ αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ* perperam illi quidem. Nostri libri hanc formam passim exhibent errore plerumque manifesto, atque dissident fere libri, nisi quod semel Pyth. I, 39 librorum consensus *Παρνασῶ* tuetur, praeterea memorabile tres libros EFR Pyth. I, 62 *Παμφύλω* et rursus eosdem Ol. VI, 49 *Φοίβω* testari. Fortasse grammatici Aeolicam clausulam in solis propriis nominibus passim admissam esse censuerunt.

Veteres critici, qui Pindari carminibus emendandis operam navarunt, huc animum advertisse manifestum est: quod si etiamnunc satis multas difficultates nobis licet hac leni medela adhibita expedire, tenendum est, neque Alexandrinos carminum Pindaricorum emendationem absolvisse, neque librarios ubique illis recte monentibus obsecutos esse: nam saepius propagaverunt menda antiqua, quae critici sollerter procuraverunt. Velut Ol. II, 97 Aristarchus *ἐσλῶν* correxit, sed libri tenent traditum *ἐσλὸν*, vel Ol. XIII, 41 *τέρψιές* (*θ'*) *ἔψοντ' ἐριτιμοί τ' ἀοιδαί*, ubi *Τερψίᾳ θ' ἕψοντ' Ἐριτίμῳ τ' ἀοιδαὶ* criticos emendavisse scholia docent. Ol. VII, 50 pravam lectionem *αἰθούσας φλογὸς* libri plurimi et ut videtur scholia quoque tuentur, sed recte EGV *αἰθούσσας* haud dubie ex critici alicuius observatione, qui sibilantem geminandam esse vidit: vulgaris scriptura orta est ex *ΑΙΘΟΣΑΣ*, quemadmodum olim scribi solebat, ut est apud Homerum *καιροσέων*. Neque mirum, veteres quoque criticos non-

---

*) In Delphicis titulis leguntur *Μνασῶς*, *Νεικασῶς*, *Σωσῶς*, sed Pindarus *Κλεοῦς* dixit.

numquam abusos esse hac observatione, velut Didymus Nem. X, 62 *ἡμένος* restituens.

Sed alia intacta reliquerunt critici veteres, velut Pyth. IX, 123 *κεῖνοι*, ubi *κείνῳ* restitui, quemadmodum ibid. 99 *παρθενικᾷ* pro *παρθενικαί* scripsi, nisi quod hoc loco tam recentior quam prisca scriptura ambiguitate laborabat, sed Alexandrinos loci sententiam non perspexisse scholia arguunt. Pyth. II, 92 libri *μητίονται*, haud dubie antiquitus traditum, at requiritur *μητιῶνται*. Pyth. V, 124 libri *τοῦτο γέρας*, h. e. *τωὐτὸ*, quamquam hoc loco Alexandrini fortasse non culpandi, nam scholiastae interpretatio in utramque partem accipi potest: sed aliis locis similes delitescunt corruptelae.

Cum secundum antiquam scribendi consuetudinem dispares verborum formae eandem speciem ostentarent, ut legentes hac ambiguitate facile in errorem inducerentur, librarii antiqui, qui libros transtulerunt in scripturam postea ab omnibus receptam, solent bifariam peccare: aut enim fideliter repetunt antiquam scripturam ubi erat immutanda, velut Ol. II, 6 *ξένον* scribentes, non *ξένων*, ut oportebat, aut contra inscite deserunt tradita litterarum elementa, velut Ol. XIII, 6 *ἀσφαλὴς* pro *ἀσφαλὲς* scripserunt, Isthm. VIII, 12 *παροιχομένων* pro *παροιχόμενον*. Nonnumquam corruptela latius serpsit, velut Isthm. VIII, 44 recte fuit *τράφεν* i. e. *ἔτραφεν* scriptum, sed postea aliquis ratus infinitivi formam antiquo more exaratam esse, substituit *τράφειν*.

Literae Aeolicae Vau adeo tenaces fuerunt Boeoti, ut etiam Ionicarum litterarum usu recepto eam non abrogaverint, id quod tituli recentiores arguunt. Quemadmodum Corinna usa est hac littera (v. Apollon. de pron. 396), ita etiam Pindarum eam non sprevisse consentaneum est; et hiatus haud infrequens in iis vocabulis admissus, quorum primum elementum olim Vau fuit, rem plane confirmat. Sed in libris Pindaricorum carminum, quibus Alexandrini usi sunt, nusquam comparebat haec littera, quam sustulerunt librarii, qui primi haec poemata ex antiqua scriptura ad ionicarum litterarum normam transtulerunt, nisi quod passim vestigia quaedam residua sunt, ubi isti *T* vel *Γ* sibi videre visi sunt, velut Ol. IV, 9 *Χαρίτων θ' ἕκατι* (*γ' ἕκατι*) scribi solet, ubi importunam voculam redundare dicunt scholiastae (*ὁ δὲ τε σύνδεσμος περιττός*); olim *Ϝέκατι* scriptum fuit. Item Ol. XIII, 98 *παύρῳ Ϝέπει*, ubi nunc *παύρῳ γ' ἔπει* legitur. Simile vitium delitescit Isthm. VIII, 17 *Ἀσωπίδων θ' ὁπλόταται*, quamquam ibi alia littera obscurata esse videtur. Isthm. VI, 42 *αὔδασε τοιοῦ-*

τόν τι ἔπος scriptum, ubi olim fuit *τοιοῦτον Fέπος*. Alexandrini quomodo nodum expediverint, ignoramus: nam elisionem admisisse incredibile, neque ad Byzantinorum complementum *γὲ* refugisse probabile: scripserunt opinor *τὲ*, more tralaticio redundare dictitantes. Item de vitio suspectus locus plane similis Ol. VI 16 *εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος*. Mommsen, cum in editione prima litterae huius instaurandae periculum fecisset, in epecdosi noluit in ea sententia persistere.

Antiqua scriptura cum spiritum asperum diligentissime notare solita sit, has notas attici librarii penitus oblitteraverunt, itaque quae Pindari fuerit consuetudo in perpetua librorum dissensione aegre potest indagari, praesertim cum hic poeta doricam dialectum aeolica temperaverit, et vel ipsa Doris ea in re non eadem ubique constantia et severitate usa sit. In adnotatione fere non attigi hanc quaestionem,*) neque hoc loco licet eam pertractare. Quod Pyth. I, 74 *βάλετ' ἀλικίαν* EFQ (*βάλετ' ἁλ.* R et fort. C), II, 11 *ἔντ' ἄρματα* C1DGMV (alii *τ' ἅρ.*) exhibent, non satis testatur psilosin; nam si antiquitus scriptum THA, fortasse qui transfiguraverunt, omissa H neglexerunt Θ pro *T* scribere: itaque cavendum ne falsa specie decipiamur. Librorum manuscriptorum fides in his apicibus fere fluctuantium cum sit incerta, tamen observare licet, aliquot bonae notae libros in quibusdam vocabulis quamvis non aequabiliter psilosin testari, ut appareat id non casu, sed secundum traditionem fieri. Quod schol. Theocriti I, 1 de Doridis consuetudine praecipit: *οἱ Δωριεῖς τρέπουσι τὸ η̄ τὸ δασὺ εἰς ᾱ ψιλὸν ὑπεξαιρουμένων τῶν ἄρθρων*, id pars librorum Pindaricorum sequitur, velut Ol. VI, 96 *ἀδύλογοι* FN1QU, VII, 11 *ἀδυμελεῖ* Q ut vid., XI, 14 *ἀδυμελῆ* F2N1Q (sed XIII, 21 *ἁδύπνοος* omnes), XIII, 96 *ἀδύγλωσσος* PQ*ΔΘ*, Pyth. I, 8 *ἀδὺ* G2Q, sed 90 *ἀδεῖαν* solus *Υ*, VIII, 70 *ἀδυμελεῖ* Q, IX, 4 *ἀδείας* (et *ἁδ.*) EF, Nem. II, 25 *ἀδυμελεῖ* D, sed X, 33 *ἁδεῖαι* omnes; Isthm. II, 5 *ἀδίσταν* D cum apographis. — Item Ol. I, 6 *ἀμέρᾳ* E1FNU, 33 *ἀμέραι* E1CNQU, II, 32 *ἀμέραν* QSU, sed 62 *ἁμέραις* omnes, sicut IX, 85 *ἁμέραν*. — Item Ol. II, 32 *ἀσύχιμον* EFMOQSUZ1*Σ* et Pyth. IX, 22 *ἀσύχιον* DQ. — Item Ol. VI, 25 *ἀγεμονεῦσαι* F1QX, et IX, 3 U*Π*, IX 57 *ἀγεμών* DFQ, Pyth. IV, 112 Q, 274 C1DQX, Isthm. VIII, 20 D cum apographis. — Item scriptum *ἀνίοχος* Pyth. V, 47 QS, Nem. VI, 66 D, quemadmodum in titulo vetusto Laconico, *ἀνία* Pyth. IV, 18 V, sed

*) Itaque libri ubi hac in re variant fere non notavi: quas discrepantias qui cognoscere velit, Mommseni copias adeat.

Isthm. II, 22 omnes *ἅνλαις*. — Memorabile est *ἀμέτερος* scriptum Ol. XI, 8 FQ, Pyth. III, 65 DQU (sed III, 3 omnes *ἁμ.*), Pyth. IV, 110 DIQ, 150 DQ (nam quod Nem. III, 1 novicii aliquot libri exhibent, nullius est momenti), ut liceat suspicari nonnullos *ἀμμέτερος* aeolico more scripsisse. Item fluctuant libri inter *ἁμός* et *ἀμός*. Denique adversus praeceptum schol. Theocr. Ol. XIV, 19 *ἁ Μινύεια* DEFGHVXΘΣ.

In aliis vocalibus psilosis raro usu venit, velut Pyth. I, 6 *εὔδει*, III, 94 *ἔδνα.*; illud vero singulare quod *οὔνεκα* omnibus fere locis suppeditant libri non tantum ii, quos psilosis tenaces esse exempla supra adscripta probant, sed etiam alii promiscue, inprimis Vatic. B, itaque etiam Mommsen hanc scripturam secutus est. Contra nullum omnino aspirationis vestigium comparet in vocibus *Ἰσθμός* (quae in Atticis titulis aspiratur, cf. CIGr. I. 452) et *Ἰσμηνός* (quae in titulo vetusto Chalcidensi et si recte memini etiam in Boeotio aspiratur).

VI.

DE LIBRIS MANUSCRIPTIS.

Pindari quotquot libri manuscripti supersunt ex eodem archetypo originem ducere praeter librorum ordinem immutatum (nam Isthmia in omnibus libris novissimum occupant locum) argumento est, quod conspirant fere vel in levissimis rebus maxime in mendis: unde apparet iam archetypum multis vitiis inquinatum fuisse: quod quidem exemplum libri, qui ex eo derivati sunt, plus minusve fideliter propagaverunt, itaque non mirum, si inter se discrepent nec dignitate pares sint. Huc accedit, quod passim correcti sunt auxilio scholiorum, quae etiam nunc extant, sed videntur correctores usi esse scholiorum apparatu ampliore; fortasse etiam Pindari libros antiquiores, qui diversam recensionem sequebantur, hic illic adhibuerunt, id quod maxime in codicem Ambrosianum cadit.

Archetypum olim Byzantii fuisse consentaneum est, grammatici alicuius opera confectum, si ex habitu nostrorum codicum coniecturam capere licet, saeculo sexto, ut videtur post Justiniani demum mortem,*) certe non ante Anastasium imperatorem,

---

*) Cf. Schol. Metr. ad Ol. IV: *οἱ γὰρ σπονδεῖοι σύμπτυκτοι ἀνάπαιστοι λέγονται, ὡς καὶ τὰ εἰς Σωτῆρα Χριστὸν τὸν Ὡραιοπυλιώτην*

quemadmodum eodem fere tempore etiam alii aliis locis Pindari carminibus criticam operam navarunt, velut Iohannes Barbucallus. *) Pindari libros Tycho Mommsen, vir de hoc poeta praeclare meritus, insigni et industria et fide examinavit, quamquam aegre ferimus, quod non licuit institutum opus plane absolvere: nam neque Britannicos codices vidit, **) neque quod magis mireris inspexit Vaticanum S (1314), qui saeculi XII esse perhibetur et praeter Nemea etiam Isthmia videtur continere.

Quod si fructus assidui laboris exspectatione minor videtur, non culpandus Mommsen, sed potius merita laude ornandus, quod non destitit naviter suo officio fungi, quamvis intelligeret ad Pindari carmina emendanda exiguum plerumque fructum redundare ex librorum manuscriptorum recognitione. Nam quamvis non multae novae et probabiles scripturae in lucem prolatae sint, tamen nunc demum licet libros manuscriptos recte aestimare, unde proficisci eos decet, qui criticam operam emendandis antiquarum litterarum monumentis prospero successu navare student. Cum plurimi Pindaricorum carminum codices extent (Mommsen CLIV recenset), nullus tamen antiquitate et virtute tantum eminet, ut unus praeter ceteros sit sequendus; ***) sed si discesseris ab apographis, velut Augustanis duobus, quae Vaticanum B non sine erratis repetunt, nullus fere liber est, unde non aliquis fructus percipi queat.

Et antiquiores libri archetypum religiose plerumque propagant atque interpolationis libidinem procul habent, sed scribae non raro deliquerunt, vel vitia tralaticia fideliter repetentes vel novis mendis poetae orationem inquinantes, incuriosi non solum

---

ἐπὶ τοῦ μαρμάρου ἄνω τῶν ἔξωθεν πυλῶν, ὅπου ἐξωγράφηται Ἰουστινιανὸς καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος.

*) Testatur ipsius epigramma Anth. Pal. IX, 629: *Αἴθε σέ, Πίνδαρε, μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥεέθροις; καί κεν ἄριστον ὕδωρ τοὐμὸν ἔφησθα μόνον*, qui medio saeculo sexto Beryti videtur grammaticam artem professus esse, siquidem ib. IX, 425 seq. Berytum terrae motu vastatam deflet, quam calamitatem circa a. 554 accidisse testatur Agathias II, 15.

**) Bodleianus liber, quamvis recens (saec. XV) omnia Pindari carmina continet et vel ob id ipsum dignus, qui examinetur; Cantabrigiensis praeter Pythia etiam Nemea et Isthmia videtur complecti; in Westmonasteriensi leguntur Nemea. Fortasse Britanni philologi his libris recognoscendis amplificabunt instrumentum criticae artis in hoc poeta factitandae.

***) Neque enim audiendus M. Schmidt, (Pindars Olympische Siegesgesänge p. XC) vituperans Mommsenum, qui variarum lectionum inutili mole obruerit praestantiam librorum A et B, quibus solis omne criticae artis instrumentum contineri existimat vel optimo libro D spreto.

metrorum, sed etiam saepe numero nihil morati, cum a sententia instituta aut a sermonis graeci lege aberratum est *). Hoc igitur nomine inferiores libri, quos magistri Byzantini saeculo XIV et XV recognoverunt, multum praestant: nam plurimos illi librariorem errores cum scite sustulerint, merita laude non sunt fraudandi, sed iidem multis locis interpolando occultaverunt menda ac pro arbitrio verba immutantes plus detrimenti quam opis attulerunt. Et Thomas quidem Magister satis habuit commentario illustravisse Pindari carmina, sed Moschopulus et Triclinius confidenter emendationis periculum subierunt, ille quidem etiam in pravis scripturis corrigendis modestiam probavit, sed Triclinii temeritas nonnunquam intempestivam Hartungorum audaciam aequiperat.

Libri, quibus correctores Byzantini usi sunt, nostris veteribus codicibus non erant praestantiores: si libri, qui Moschopuli et Triclinii recensiones exhibent, scripturas emendatas praebent, quas isti magistri coniectura indagare non potuerunt, ex scholiis antiquis petitae sunt, velut Isthm. V, 10 vett. libri *ἀνέλπιστον*, inferiores *ἄλπνιστον* exhibent · auctore · scholiasta. Nem. I, 52 Moschopulus addit *φάσγανον* scholio ut opinor usus, quod nunc desideratur, neque Triclinio praesto fuit, qui temere *ξίφος ἐκτινάσσων* correxit. Sed quod Isthm. IV, 58, ubi libri vett. *Αἰγιόχῳ Διΐ*, uterque delevit *Διΐ*, Moschopulum arbitror suo periculo additamentum importunum sustulisse, cui obtemperavit Triclinius, quamquam aliis locis, ubi Moschopulus recte rem administravit, fere novam solet correctionem periclitari, quandoquidem solus sibi sapere videtur.

Apparet igitur non decere inferiores libros quamvis caute adhibendos spernere aut plane segregare.

Praestantissimum tam interpretationis Pindaricorum carminum quam criticae factitandae instrumentum vetera esse scholia norunt, qui huic poetae operam dederunt. Reliquiae commentariorum veterum his scholiis propagatae virtute aequant scholia Iliadis Homericae, sed usus fructus magis impeditus: nam in scholiis Homericis variae scripturae earumque auctores nominatim recensentur, id quod in Pindaricis commentariis raro usu venit: itaque fere ex interpretatione colligendum est, quam scripturam secuti sint veteres interpretes: sed ambigua oratione illi

---

*) Codicum veterum stirpes persequi et illustrare, quamvis non infructuosum sit, neque huius est loci, neque hominis negotiosi.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ad libros manuscriptos accurate recognita et suppleta sunt, cui labori sustinendo qui unus par est nondum spem, quam concepimus, ratam fecit, quamquam vel sic de scholiis emendandis et redintegrandis omnium optime meritus. In praesentia quidem non licet varia scholiorum genera plane dirimere, id quod aggressus est L. de Sybel (de schol. vett. in Pindari carmina Marburgi 1872). Neque Lehrs, qui peculiarem librum de his scholiis conscripsit (Lipsiae 1873) ab omni re paratus se huic muneri accinxit; nam tanquam tiro ac rudis, dum ipse insignis levitatis documenta edit, culpat alios; quid a superioribus recte sit administratum nescit, subsidia ab aliis parata ignorat, nova nulla adhibuit: velut iactat principem se paraphrasin Pindaricorum carminum in scholiis delitescentem investigavisse, nescius iam viginti annis ante me reapse ostendisse, qui fructus ex hac paraphrasi ad Pindari carmina emendanda percipi queat. Illud denique addo, ne quis vanam spem concipiat, scholia, quae Athenis 1875 (*Πινδάρου σχόλια Πατμιακά*) edita sunt, non nauci esse: leguntur illa adscripta in marginibus editionis Romanae, ut videtur manu Alexandri Fortii Corcyraei, qui saeculo XVI medio vixit.

His igitur subsidiis prudenter rectoque iudicio utendum est, omnisque superstitio procul habenda. Nam a vero prorsus aberraverit qui per omnia libros deteriores melioribus, qui magnam partem sunt vitiosiores, postponendos putaverit. Velut in versibus ad metri legem redigendis veterum librorum nulla fere est auctoritas, neque quidquam refert utrum *ἀέθλοις* an *ἀέθλοισι* quamvis consentientes exhibeant. Nec magis orthographia illorum librorum auctoritate regenda, qui fere pravae consuetudini inserviunt.

Saepissime $\bar{\varepsilon}\bar{\iota}$ legitur in libris Pindaricis loco vocalis $\bar{\iota}$ correptae, ut omnino Byzantini librarii hoc mendo deturpare solent graecarum litterarum monumenta: sed pravae consuetudinis origines altius repetendae: nam ne tituli quidem saeculis novissimis immunes sunt huius labis, quae etiam infecit chartas Aegyptias non tam Romanis imperatoribus quam Lagidis dominantibus.*)

---

*) Vid. chart. Aegypt. in Notices et extraits XVIII, 2, velut n. 50 (anno 160 a. Chr.) *ἐν τῇ χερεί*, et 51 (eodem anno) *ἀπὸ λειβός*, n. 54 (duobus vel tribus annis post) *κειθῶνας. λεἰνοῦν*, n. 55 (a. 159) *Δειδυμῶν. Μνήγειος* (ubi *Γ* vice litterae Bau fungitur, velut in alia charta *κλαίγω*). *περεὶ* (identidem), n. 57 *ἐκ τοῦ εἰεροῦ. μέλει* (i. e. *μέλι*), n. 58 *Σαραπείην* i. e. *Σαραπιεῖ(ο)ν*, n. 63 col. 9 *ἐπεικουρείας. ἀπὸ βραχείων μόλεις* (i. e. *μόλις*) omnia eiusdem saeculi; n. 4 *Ἐλαφηβολειών. Λώειος*,

Item exemplaria Alexandriae, Athenis, Romae venalia eiusmodi vitiis inquinata fuisse consentaneum est, quandoquidem postremo orthographorum opera in eo potissimum fuit collocata, ut pravam hanc consuetudinem pro viribus emendarent.

Apparet igitur ea in re nihil valere vel omnium librorum consensum, cui si obtemperandum foret, oportebat Mommsenum et qui eius vestigia legere solet Christium in Pindari Ol. II, 45

'Αδραστειδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις

scribere: namque libri non interpolati praeter duos satis recentes (WΣ) *ἀδραστειϊδᾶν* vel *ἀδραστεΐδαν* praebent;*) accentus diversitas repetenda ex scripturae varietate *'Αδραστεΐδων*, quam scholiasta commendat, quandoquidem Thersandrus a filia, non a filio Adrasti sit oriundus.**) Critici argutantis correctionem hanc esse apparet, sed sive *'Αδραστειϊδᾶν* sive *'Αδραστεΐδων* probaveris, utraque forma non solum sermonis graeci legibus adversatur, siquidem ab *"Αδραστος* patronymica *'Αδραστίδης*, *'Αδραστίς*, *'Αδρηστίνη* descendunt, sed etiam Pindarici versus numerum corrumpit, qui brevem syllabam desiderat: itaque huic errato ne illa quidem venia parata est, poetam metri necessitati obedientem *ει* vel *εϊ* posuisse pro simplici *ῑ*.***) Neque tamen cavit sibi ab hoc errore Herodianus grammaticorum graecorum doctissimus, vid. Et. M. p. 18, 47 *'Αδραστειδῶν· "Αδραστος κύριον· 'Αδραστίδης, 'Αδραστιδῶν, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε̄ 'Αδραστειδῶν, οἷον 'Αδραστειδῶν*

---

n. 19 (a. 138 p. Chr.) *ἐν Καρνείνῳ*. denique anno 600 p. Chr., n. 21 *αἰωνείου, αἰωνείας, βελτειοῦν, δεκάτρεια*. Multo autem frequentius in iisdem chartis simplex *I* vice diphtongi *EI* fungitur, hinc etiam antiquissima exempla librorum sacrorum Christianorum eiusmodi vitiis redundant, quamquam prava haec consuetudo omnino fuit pervagata.

*) Huic exemplo par Ol. VII, 98, ubi cum libri non interpolati *'Εραστειδᾶν* pro *'Ερατιδᾶν* exhibent, bis peccant. Neque aliter scholiastae, nam schol. Vrat. quamquam *ἐραστιδῶν* scribit, tamen cum nomen hoc *ἀπό τινος 'Εράστου ἢ 'Εραστέος* repetit, istam scripturam tuetur. Recte Byzantini correctores *'Ερατιδᾶν*.

**) Schol. vetus dilucide dicit ab *'Αδραστεΐς* descendere: schol. Ambros. (vid. Mommsen Adn. Crit. p. 20), cum dicit *εἴρηται γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀδραστίδες*, (*ὡς*) *δαναΐδες*, fortasse *'Αδραστίδων* legit, quamquam in his scholiorum excerptis nihil decernere ausim.

***) Velut *Λαγείδης* pro usitato *Λαγίδης* tituli tuentur, quam formam Ahrens Theocr. XVII, 14 restituit, nisi forte cum Lobeckio *Λααγίδας* scribere praestat, quamquam etiam *Λαγιάδας* rationem habet: *Λαάγου* paenultima producta in versu Cram. An. Ox. I, 264 vitiosum, scribendum *Λάαγος, οὗ φίλος υἱὸς ἀρίζηλος Πτολεμαῖος*. Attigit haec Cobet (*Ἑρμῆς λόγιος* I), sed locum nunc nequeo indicare. Alia exempla insunt in iis, quae Lobeck Paralip p. 5 seq. congessit, sed haec examinare non est huius loci.

θάλος. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν (vid. Cornu Cop. Ald. 3 et Miller Misc. p. 13).*)

Hoc exemplum satis superque arguit, quae fides habenda sit vel grammaticis quamvis doctis vel libris manuscriptis, qui praeter ceteros locupletes videntur. Quos cum deserere Mommseno religio esset, non raro menda manifesta iam a prioribus criticis sublata denuo revocavit, atque Christius, qui alias codicum auctoritatem parvi facere solet, hic Mommseni vestigia studiose secutus est.

Libri Pindarici non interpolati saepius diphthongum *εῑ* exhibent, ubi vel versus lex vel sermonis consuetudo brevem syllabam desiderat. Mommsenus ut tueretur librorum scripturam, correptionem admissam esse statuit, de correptione diphthongorum vel vocalium longarum ante vocales in mediis vocabulis disserens Adnot. Crit. p. 174 seq., sed neglexit in causam rationemque huius correptionis inquirere. Si corripitur diphthongus, secundum elementum *ī* vel *ῡ* consonantis vice fungitur ac sensim ita attenuatur, ut plane evanescat, velut *ποιῶ*, *ποία*, *οἷος*, *τοιοῦτος*, *Βοιωτός*, *δείλαιος*, *παλαιός*, *Ἀλκμαίων*, vel *αὐάτα*, *ἰχνεύω*, *εὔωνος*, *θηρεύω*, *Εὐηρείδης*, itaque in nonnullis vocabulis *ī* vel *ῡ* plane abiicitur, ut *ποῶ*, *τοοῦτος*, *Ἀλκμάων* et *Ἀλκμέων*, et ad eundem modum *παλεός*, *ἀάτα*, *ἐπισκεάζειν* alia scribi solent. Ad hanc normam si correptionem diphthongi *εῑ* examinamus, sola vocalis *ε̄* superstes sit, necesse est. At refragantur exempla a Mommseno adhibita tantum non omnia, velut *ἵππειος*, *εὐσεβείας*, *εὐμενείᾳ*, *δουλείας* alia:**) nam Graecis auribus inaudita *ἵππεος*, *εὐσεβέας*, *εὐμενέας*, *δουλέας*. At ad manum erant formae *ἵππιος*, *εὐσεβίας*, aliae versuum numeris convenientes,***) quas Hermannus et Boeckhius principes philologorum et peritissimi Graeci sermonis dudum restituerunt, nihil morati librariorum socordiam, quae diphthongum *εῑ* invexit: nam quis unquam Minervam *Ἵππειαν* fando audivit, quae constanti usu *Ἵππία* vocatur, quemadmodum

---

*) Herodianus utrum *Ἀδραστεϊδᾶν* an *Ἀδραστεΐδων* legerit non liquet, sed probabile eum secutum esse scripturam, quam scholiastae tuentur: nam Et. M. adnotatio in arctum, ut fieri solet, est redacta.

**) Mommsen etiam *μαντείων* Pyth. XI, 6 tuetur, sed vocabula quale *μαντεῖον* non corripiuntur, aut si paenultima *τῶν τεμενικῶν* et similium brevis, clausula est *ιον̄*: in Pherecratis versu (Miller Misc. 159) *μάλ' αἰσχρὸν ἐν τῷ Θησέῳ καθήμενος* videtur *Θησέως* scribendum. Quod si Pindari paraphr. illam scripturam agnoscit, vitioso libro usus est.

***) Neque veteres grammaticos latuit haec et alia id genus *διαφορούμενα* esse, cf. Herodian. II, 453 ed. Lentz.

Neptunus *ἵππιος*, non *ἵππειος*. Hoc autem saeculo non iam dubitant critici aperta haec menda revocare.

Illud ne quis erret addo, *ἵππιος* non esse ex *ἵππειος* ortum, quemadmodum *τέλεος* ex *τέλειος* correpta diphthongo, sed *ἵππιος* et *ἵππειος*, *δούλιος* et *δούλειος*, *εὐσεβία* et *εὐσέβεια*, *εὐμαθία* et *εὐμάθεια* alia dispares sunt figurae vocabulorum seorsim deductae a diversis stirpibus, velut ab *ἵππος* deducitur *ἵππιος*, ab *ἱππεύς* *ἵππειος*, *δουλεία* a *δουλεύειν*, *δουλία* a *δοῦλος*, *εὐτυχία* ab *ΕΥΤΤΥΧΟΣ* (quod nomen proprium non infrequens), *εὐτύχεια* ab *εὐτυχής*, et ad eundem modum alia: sed deinde poetae potissimum analogiae speciem secuti talia pro arbitrio variare soliti sunt.

Consensus veterum codicum vel omnium vel plurimorum nihil aliud testificatur, quam archetypi scripturam: et haec quidem utrum recensioni Byzantinae peculiaris sit an ex Alexandrinorum exemplis propagata, passim satis probabiliter decernere licet, velut Pyth. IV, 70 librorum corruptelae testantur olim crasin *ἀρχη'κδέξατο* (i. e. *ἀρχὰ ἐκδέξατο*) traditam fuisse, sed multo saepius dubii haeremus; nam veterum commentariorum reliquiae non sufficiunt ad instaurandam Alexandrinorum recensionem: praeterea satis superque constat, hos criticos de locis difficilioribus saepe dissensisse. Nec si forsitan ex Aegyptiorum sepulcrorum situ aliquando in lucem proferantur chartae, quae Pindari carmina ex Aristophanis vel Aristarchi recensione exhibeant, existimandum est, nos haec poemata integra et vitiorum immunia reciperatūros esse: nam multa et gravia menda Alexandrinorum saeculo antiquiora sunt, quae illi critici vel non animadverterunt vel tollere nequiverunt. Me quidem Alexandrinorum auctoritas non deterruit, quominus quantum licuit, ab his antiquissimis corruptelis purgarem Pindari carmina, quemadmodum Homerum qui emendare volet, oportet non religiose Aristarchi vestigia legere, sed ipsum sapere atque veritatis notas persequi, quamvis procul absim a libidine, quae nunc in Homericis carminibus grassatur.

Igitur cum omnia fere saecula deinceps obfuscaverint praeclara haec summi poetae monumenta, non decet eandem medelam pariter antiquis atque recentibus corruptelis adhibere. Antiqua vitia, quae plerumque ex priscae scripturae ignoratione orta sunt, certissime deprehenduntur, si vestigia litterarum presseris, velut Ol. VI, 15 restitui *ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τε νησθέντων*, ubi *τελεσθέντων* legitur, Nem. III, 28 *ἔθνος αἰνεῖν*, ubi libri et Aristarchus *ἐσλός*, alia id genus.*) Plus audendum in re-

*) Spero equidem me non pauca inveterata menda, tam aperta

centibus mendis procurandis, nam multiplices errorum viae. Itaque Pyth. IV, 29 non dubitavi *φαιδίμαν ἀνδρὸς αἰδοίου περ' ὄψιν θηκάμενος* (in libris est *πρόσοψιν*) scribere, quod ipsa sententia flagitante cum repperissem, post vidi paraphrasi confirmatum: *ἀνδρὸς αἰδισίμου καὶ ἀξιοπρεποῦς φαιδρὰν καὶ εὐπρεπῆ ὄψιν ἑαυτῷ περιθείς*, est enim *πρόσοψιν* vitium Byzantinae recensionis, quemadmodum in libris manuscriptis *περὶ*, *πρὸς*, *παρὰ* sexcenties permutari solent. Saepius vitium utrum inveteratum an novicium sit, ambigas, velut Nem. XI, 41 *ἄνθος εὐώδες φέρειν πλούτῳ ἴσον*, nam scholiasta quid legerit, non liquet; sed emendationem meam *πλουτώσιον* omnis veritatis numeros habere arbitror, quamvis hoc vocabulum alio exemplo munire nequiverim. Aliis denique locis germanum vocabulum cessit interpretamento, velut Nem. VI, 49 certa emendatione *κλέος* pro *ὄνομα* restitui, ubi vulgaris forma *ὄνομα* (nullus enim liber *ὄννμα* praebet) interpolationem prodit, retinuitque schol. Pindaricum *κλέος* in interpretatione.*) Non magis dubitationi aut calumniae obnoxium quod Isthm. VIII, 35 *Δὶ δαμαξομέναν* correxi, ubi libri *Διΐ μισγομέναν*, glossema manifestum exhibent. Cavilletur enim qui hic et alibi a me litterarum similitudinem neglectam esse criminetur.

Ex iis, qui in Pindaro et emendando et explicando versati sunt, imprimis commemorandi A. Hecker in Philologi T. V, p. 438 seq. Heimsoeth in Museo Rhen. V, p. 1 seqq. G. Hermann, qui praeter eas commentationes, quae in Opusculis leguntur, scripsit de Pindari carm. Nem. VI, Lips. 1844, de Pindari ad solem deficientem versibus 1845, et emendationes quinque carminum Olymp. 1847. Kayser in Annalibus Vindobon. T. CV p. 97 seqq. et in Annal. Ienens. 1846, Nr. 287. Tycho Mommsen in Mus. Rhen. IV, p. 539 seqq. Rud. Rauchenstein Commentationes Pindaricae P. 1 et 2, Aroviae 1844—5. De aliis vid. Schneidewin in Philologo T. II p. 705 seqq.

---

quam caeca procuravisse, sed libere profiteor saepe numero veri inveniendi conatum irritum fuisse; ibi satis habui proponere, quod poeta certe non indignum videretur, etiam si a litterarum vestigiis abhorreret: crassa Minerva has coniecturas factas esse dictitent per me licet, sed forsitan aliis, qui acutiores sint et ingenio plus valeant, viam veri inveniendi monstrabunt.

*) Id alias quoque usu venit: utar hac occasione, ut Thucydidis locum IV, 55: *παντοχόθεν σφᾶς περιεστῶτος πολέμου ταχέος καὶ ἀπροφυλάκτου* corrigam. Non senserunt interpretes, quam insolens sit *ταχὺς πόλεμος*, scribendum *αἰφνιδίου*, idque ipsum testatur schol: *περιπιπτόντων αἰφνίδιον πάντοθεν τῶν πολεμίων καὶ ἄνευ τοῦ δύνασθαι προφυλάξασθαι*. Utitur autem Thucydides saepius hoc vocabulo.

Ad hos accesserunt praeter Hartungum, qui omnia Pindari carmina una cum perditorum poematum reliquiis quattuor voluminibus Lipsiae 1855—6 edidit, C. Friedrichs, qui cum iam ante de compluribus Pindari locis in Philologo Gottingensi passim disputavisset, haec retractavit et auxit in peculiari libello (qui inscriptus est: Pindarische Studien. Berol. 1863); Tycho Mommsen, qui Scholiis Germani in Olympia una cum epistolarum criticarum triade editis (Kiloniae 1861), deinde in epistola critica ad Friedrichsium (Oldenb. 1863) et in quaestionibus, quas de Pindari dialecto inchoavit (in Iahnii Annal. Vol. LXXXIII p. 40 seq.) permulta subsidia ad Pindaricorum carminum emendationem suppeditavit; Leop. Schmidt, qui librum satis amplum de Pindari vita et scriptis (Bonnae 1862) edidit. Nec defuerunt alii, qui in diariis philologicis Pindari carminibus criticam operam navarent, velut L. Ahrens (Philolog. XVI p. 52 seq.); Goram, qui in commentatione de Pindari translationibus et imaginibus (in Philologo XIV) passim locos difficiles coniecturis tentavit; Ernestus de Leutsch, qui et in Philologo et in commentationibus academicis identidem de Pindaro disputavit; denique R. Rauchenstein non destitit haec poemata passim vel illustrare vel divinando in integrum restituere (vide inprimis Iahnii Annal. LXXVIII p. 240 sq., p. 385 seqq. et Philolog. XIII).

Neque annis novissimis studia Pindarica refrixerunt: Tycho Mommsen postquam a. 1864 Pindari carmina recensuit integra scripturae diversitate adiecta, a. 1866 editionem minorem adornavit. C. F. Schnitzer commentationem de Pindaro nuper emendato edidit (Elwangen 1867), in qua et meam et Mommseni operam sub examen vocavit. Olympia edidit Mauricius Schmidt Ienae 1869 addita diatribe de Pindari locis nonnullis controversis. Praeterea Pindari carmina omnia ediderunt Christ (Lipsiae 1873) et Otto Hóman Hungarus (Lipsiae 1876). Alii denique vel peculiaribus commentationibus vel in diariis philologis de Pindaro scripserunt, quibus usus sum, quantum licuit, nam nonnulla non potui nancisci, alia me fugisse credo.*)

---

*) Pindari Olympia edidit de Iongh Traiecti 1865, sed carui hac editione.

VII.

INDEX CODICUM.

Pindari carmina cum duobus potissimum codicum generibus sint propagata, quorum alterum interpolationis est expers, alterum hac labe infectum, prioris generis libros manuscriptos, quoniam fide inprimis digni sunt, omnes recensebo, notis iisdem usus, quibus Mommsenus, qui maiusculis litteris insignivit libros non interpolatos, latinarum litterarum specie adhibita in antiquioribus, graecarum in iis, quos Thomanos appellavit, quoniam continent commentarium ab hoc ut videtur grammatico conscriptum. Minusculis litteris Mommsen notavit libros Byzantinorum magistrorum opera ac studio correctos, latinis litteris Moschopuleos, graecis Triclinianos signans.

Et prioris quidem generis hi codices collati sunt:

A	Ambrosianus A continens	Ol. I—XII.
Ȧ	Vratislaviensis A	Ol. I. II, 1—80.
B	Vaticanus B	Omnia carmina.
Ḃ	Augustanus C	Nem. Isth. I, 1—40.
B̈	Aug. E^2	Nem. frag.
Ċ	Parisinus G	Ol. Pyth. I—V, 67.
Ċ	Par. B	Pyth. frag.
D	Mediceus B	Omnia carmina.
D̲	Par. C^3	Nem. XI, 30 seq. Isthm. frag.
Ḋ	Med. A^3	Eadem (et praet. Pyth. II—V).
D̈	Vat. E^3	Eadem.
D×	Ambr. F^3	Eadem.
E	Med. E	Ol. Pyth.
F	Med. C	Ol. Pyth.
G	Gottingensis^2	Ol. II—XIV. Pyth. I—XII, 38.
H	Vat. D	Ol. Pyth.
I	Guelferbytanus^2	(Ol.) Pyth.
İ	Venetus B	Ol. Pyth.
I̤	Vrat. D	
K	Vat. G	Ol. Pyth. I—IV.
L	Vat. P	Ol. I—X.
M	Perusinus	Ol. I—XII. Pyth. I—IV.
N	Ambr. G	Olympia.
O	Leidensis C	Ol. I—XIII.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

nantur, nihil attinet singillatim enumerare: sed e Triclinianis, quoniam complures etiam Nemea et Isthmia complectuntur, et inde a Nem. IV ex magno numero veterum librorum tantum BDVXY, inde a Nem. V soli BḂD supersunt,

α′ β′ γ′ δ′ δ̣′ δ̤′ δ̲′ ε′ ζ′ η′

non sunt praetermittendi. Codex α′ (Florentinus), quamvis valde lacunosus, nam plura folia amissa, omnia Pindari carmina continet, scriptus, ut Mommseno videtur, ipsius Triclinii manu: ex hoc libro propagati non solum β′ et γ′, sed etiam δ′ (cum apographis δ̤′ et δ̲′) et δ̣′, qui Nem. et Isthm. maxima ex parte exhibent.

Ab his segregandi ε′ Ambrosianus, Nem. V. VII—XI Isthmia integra, ζ′ Estensis Nem. IV—XI item Isthmia integra, η′ Vindobonensis Nem. IV et V exhibens: Mommsen existimat ε′ et ζ′ descriptos ex α′ iam mutilato, sed postea suppletos (additis Nem. XI, 28—63. Isthm. I. II. III. IV, 1—32. VII, 27—72. VIII) et ad modum Triclinii haec additamenta correcta sive interpolata, at probabilius utrumque ex integro aliquo exemplo recensionis Tricliniana origine ducere, quamquam memorabile passim neque cum reliquis eius generis neque inter se conspirare, cf. quae supra p. 21. 22 dixi.

ΕΠΙΝΙΚΟΙ

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙΣ.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι

ΚΕΛΗΤΙ.

ΩιΔΗ Α.

Strophae.



Epodi.



Inscr. *Ἐπίνικοι ὀλυμπιονίκαις* scripsi, *ἐπινίκιοι ὀλυμπιονίκαις* FKN, alii veteres complures brevius *ὀλυμπιονῖκαι*, recc. *Ὀλύμπια* tantum praebent. Deinde *ᾠδὴ α΄* extremo loco adieci, et ad eundem modum aliis

Στρ. α'.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·
εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν
ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
μηκέτ' ἀελίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι'
αἰθέρος,
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν·
ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἱκομένους
μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν,

Ἀντ. α'.

θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν,
ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,

locis, vulgo numerus subiicitur titulo *ὀλυμπιονῖκαι*. — Epodi v. 6 et 7 distinxi, quemadmodum etiam Mommsenus; coniunxit Boeckhius. In numeris discribendis et notandis hic ut aliis locis passim a Boeckhio discessi, sed alia, quoniam anceps iudicium, non ausus sum novare, fortasse nimium religiosus, quemadmodum hic str. v. 7, epod. v. 3 et 7 et ad eundem modum alibi versu extremo ⏑ ∪ – tanquam novum colon separavi: sed arbitror talia rectius cum praegresso colo copulari, syncope admissa: fidem facit fragmentum nuper repertum incerti poetae, qui epinicium in Echecratem Orchomenium scripsit, vid. Fr. adesp. 85, v. 14, ubi hic versus reperitur: *Παρθενηΐας ὁπὸς εὐηράτῳ* ⏑ ∪ – ∪ – ∪∪ – (∪∪) – ∪ – h. e. hexapodia logaoedica, namque hic poeta *κατὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον* singulis colis utitur, neque bina cola eodem versu comprehendit. — Adiectionem et inania tempora in medio tantum, non in extremo colo notavi, ubique usus sigla Λ, παιᵃ singulis locis utrum adiectione an silentio usi sint poetae non possumus diiudicare, neque mensurae modulus ubique certus, ut iam in praefatione ed. 3 commonefeci.

V. 3. *γαρύεν*, Hartung contra librorum auctoritatem *γαρυειν*. — V. 5. *μηκέτ' ἀελίου* l. vett. praeter RΣY, *μηκέθ' ἁλίου* vulgo. — V. 6. *φαεννὸν* EMVW, alii *φαενὸν* vel ut vulgo *φαεινὸν*. — V. 10. *ἱκομένους* l. ant. fere omnes, idque unum testantur schol. vet., nisi quod nonnulli interpretes hoc nominativi loco dictum esse opinabantur, hinc *ἱκόμενοι* C et recc. pars, sed *ἱκομένοις* L (RΣ) et recc. plurimi, utraque lectio ex correctione orta; schol. rec. triplicem scripturae varietatem norunt. — V. 12. *πολυμάλῳ*, *πολυμήλῳ* *ΓΔΘΠΦZ*, quod Ahrens requirit, at Simonides in Europa *μᾶλον* dixit, Ceres Megaris dicta *μαλοφόρος*, vid. Pausan. I, 44, 3, item mensis apud Byzantios. — V. 15. *μουσικᾶς* (complures libri *μουσικῆς*) etiam Athen. I 3 B. Pindarus si *ΜΟΣΙΚΑΣ* scripsit, lectio ambigua: poterat *μουσι-*

οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεξαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα
πασσάλου
λάμβαν', εἴ τί τοι Πίσας τε καὶ Φερενίκου χάρις
νόον ὑπὸ γλυκυτάταις ἔθηκε φροντίσιν,
ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο δέμας
ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν,

Ἐπ. α'.

Συρακόσιον ἱπποχάρμαν βασιλῆα· λάμπει δέ οἱ κλέος
ἐν εὐάνορι Λυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ·
τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσατο Γαιάοχος
Ποσειδᾶν, ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθώ,
ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον.
ἦ θαυματὰ πολλὰ καί πού τι καὶ βροτῶν

χᾶς adhibere, quandoquidem μοῦσα Syracusanorum fuit, vid. Cram. An. Ox. I 278. Boeoti quam formam usurpaverint, ignoramus, nam quod apud illum grammaticum legitur τὸ Βοιωτικὸν μουσάων, ad clausulam tantum spectat: quod ibidem Rheginis tribuitur μοῦσα et deinde μοισᾶν, non est μόνσα et μονσᾶν cum Ahrensio Dor. p. 106 scribendum, neque ad Argivos transferendum, sed videntur Rhegini Μωῦσα dixisse, antiquitatis ceteris tenaciores, nam descendit Musarum nomen a Lydorum voce μωῦς (Hesych. μωῦς, ἡ γῆ, Λυδοί, ubi πηγὴ scribendum) sive μῶϋ (Hes. μῶϋ· τὸ ὕδωρ.). — V. 17. θαμὰ, ambigas utrum sit θαμάκις, saepe, an ὁμοῦ, simul, tunc enim potius θάμα scribendum, vid. ad Ol. VII 12. — V. 22. Hermann interpunctionem post δεσπόταν sustulit, non recte. — V. 23. Συρακόσιον Y, ἱπποχάρμαν RZΥ, itaque recc., Συρακουσίων ἱππιοχαρμᾶν vett., utramque lectionem schol. testatur, qui ἱππο- tuetur. — V. 24. ἐν pars vett., alii omittunt, unde in aliis et recc. παρ' (etiam Tzetz. Lyc. 156) manifestum supplementum legitur, gramm. Harlei. post Hephaest. p. 330 ed. 2 ἀν'. — εὐάνορι, CX εὐάνορος, id quod in aliis supra scriptum, schol. utramque lect. agnoscunt. — ἀποινίᾳ, schol. etiam ἐποινίᾳ, quod probant Hermann et Hecker. — V. 26. ἔξελε, vett. ἐξεῖλε. — V. 28. θαυματὰ B, atque ita nonnullos legisse dicit schol., adde Eust. Il. 400, 30. Od. 1796, 2, Joh. Diac. ad Hes. Scut. 154, plerique libri θαῦμα τὰ, nonnulli θαύματα. — φάτις vett. plerique, Gramm. Harlei. 333, schol., qui addit ἔνιοι δὲ φάτιν (Mommsen corrigit φάτις) ἀντὶ τοῦ φρένας τῶν ἀνθρώπων ἀπατῶσιν οἱ ψευδεῖς λόγοι, unde φρένας cum alii tum omnes interpolati. Igitur sola lectio φάτις fidem habet, quae lectio cum non iniuria displiceret veteribus criticis, φάτιν substituerunt, quod cum more suo libere interpretati essent τὰς φρένας, hoc usi sunt Byzantini, ut φρένας audacter substituerent; hoc invento rursus nixus Hartung βροτῶν φρασὶν correxit. Friederichs φάτιν probat, Mommsen φάτις, non ut vulgo nominativum singularis n., sed accusativum pluralis (φάτιας) interpretatus; at non ostendit exemplis aut grammaticornm auctoritate has formas unquam correptas esse: (nam nihil moror epigramma Parmenionis Anth. Pal. IX 113, ubi et οἱ

φάτις ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Στρ. β'.

χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
ἐπιφέροισα τιμὰν καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστόν
ἔμμεναι τοπολλάκις·
ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μείων
γὰρ αἰτία.
υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' αντία προτέρων φθέγξομαι,
ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον φίλαν τε Σίπυλον,

κόρις et *τοὺς κόρις* dactyli vice fungitur, ubi Jacobs similia ex Manethone, Orac. Sibyll., Gregor. Nazianz. attulit: at neque Theocritus *ὄϊς* neque Nicander *ἔχις* cum corripiunt a lege recedunt, nam sunt nominativi singularis numeri;) itaque iam hoc nomine repudianda est illa interpretatio. Omnino autem nec Mommseni nec Friederichsii ratio, qui accusativum desiderant, ferri potest: neque enim figmenta suavia hominum famam decipiunt, sed ipsos homines vel hominum mentes. Neque tamen vitii immunis est antiqua lectio: nam quod post *φάτις* infertur *μῦθοι* plane otiosum et languidum est, sufficiebat omni ex parte *καί πού τι καὶ βροτῶν φάτις ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον δεδαιδαλμένα ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατᾷ*, poeta si quid voluisset addere, debebat eos, qui decipiantur, plane dicere. Hic quoque antiquae scripturae ignorantia offecit; scribendum enim: *καί πού τι καὶ βροτῶν λόγον ὕπερ τὸν ἀλαθῆ φάτις δεδαιδαλμένῳ ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μύθῳ*. h. e. saepe etiam hominum fama (sive *fabulae*) sermone speciosis mendaciis supra veritatem exornato fallit: poetas enim culpat, qui antiquam famam non ut populi ore fertur memoriae produnt, sed suopte ingenio figmentis exornant et amplificant. Librarii antiqui, cum dativum *δεδαιδαλμένῳ μύθῳ* exhibere debuissent, retinuerunt priscam scripturam, quoniam iis *φάτις* videbatur singulariter dictum esse; at est pluralis. Contractionem nominativi improbare videtur G. Curtius in Kuhnii diario I 258, at testantur veteres grammatici, velut Apoll. de pron. 380 B, schol. Il. VI 10, Gregor. Cor. 475, cf. Lobeck Path. I 262. neque recte agunt, qui exempla huius contractionis Herodoto abiudicant. Deinde autem ut solet corruptio latius serpere, ut hyperbaton removerent verba traiecerunt in hunc modum *βροτῶν φάτις ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον*. Schmidt locum in integrum facili negotio restitui posse existimat, si rescribatur *φάτι* vel *φάτισ'* vel denique *φάτισι παρ τ. ἀλ. λόγον*. — *ἀλαθῆ* Boeckh FN, ceteri *ἀληθῆ*. — V. 34. *σοφώτατοι*, Hecker *σαφέστατοι*. — V. 38. *ἐς ἔρανον* vel *εἰς ἔρανον* libri plerique, om. *ἐς* *ΤΔΘΠΞΦΥ*, hinc Triclinius deleto *τὸν* scripsit *ἐς εὐνομώτατον ἔραννον*. Hermann *ἐς εὐνομώτατον ἔρανον ἐς* vel *τὸν ἔρανον*, ego olim *τὸν εὐνομώτατον ἔρανον ἐς φίλαν τε*. Hartung *ἐπ' εὐνομώτατον ἔρανον ἐς φ*. Respicit huc Aristid. XV. T. I 372 ed. Dind. *οὕτω δ' ἦν ἐξ ἀρχῆς θεοφιλής, ὥστε λέγουσιν οἱ ποιηταὶ τοὺς θεοὺς ἅμα τοῖς ἥρωσιν ἐρανίζειν εἰς αὐτὴν ἀναμὶξ εὐωχουμένους.*

ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι

Ἀντ. β'.

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ, χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις
ὕπατον εὐρυτίμου ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τῳὔτ' ἐπὶ χρέος.
ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιόμενοι φῶτες
ἄγαγον,
ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων,
ὕδατος ὅτι σε πυρὶ ξέοισαν εἰς ἀκμάν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέξαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον.

Ἐπ. β'.

ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν· ἀφίσταμαι·
ἀκέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρος.
εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ

V. 41. *χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις* affert Schol. Il. Ξ, 351. Ceterum CDP *χρυσέαισι κἀν ἵπποις*, E. Schmid *χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις*, Hartung *χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις θ'*, mihi vero pro *μεταβᾶσαι* potius *μεταβάσαντ'* vel etiam *μεταβάσαις* videtur scribendum esse, ut poeta anacoluthia usus nominandi casum post accusativum intulerit. — V. 43. *δευτέρῳ*, Hecker *δεύτερος*. — V. 47. *κρυφᾷ* A, legebatur *κρυφᾶ*. — V. 48. σε scripsi, v. τε. cf. Aristid. I 442: *οἶσθ' ὅτι φασὶν οἱ ποιηταὶ τὸν Πέλοπα κατὰ μέλη τμηθέντα ἑψηθέντα ἐν λέβητι συντεθῆναι πάλιν ἐξ ἀρχῆς*. contra Hermann v. 49 *τάμον κάτα μέλη*. Emendationem meam recepit Hartung, frustra impugnat Friederichs. — *πυρὶ ξέοισαν*, glossae cod. Vrat. *περιζέοισαν* videntur prodere, sed *πυρὶ* tuetur lemma sch. Vrat. — *εἰς*, quod Mommsen scripsit, recepi, cf. Keil Anal. Epigr. 30, nisi forte gravius vitium delitescit. Libri vett. *ἐπ'*, RΣ et recc. *ἀμφ'* ex correctione, ac solent *ἐπὶ* et *ἀμφὶ* haud raro permutari. — V. 49. *κατὰ*, Hermann *κάτα*. — V. 50. *τ'*, Athen. XIV 641 C *δ'*, om. D. — *ἀμφὶ δεύτατα*, vel *ἀμφιδεύτατα* libri, nisi quod *ἀμφιδεύματα* V, *ἀμφὶ δεύματα* W probante Boeckhio. Athenaei codd. ABP *δευρα* i. e. *δεύτερα*, sed VL *δεύτατα*. Hartung *ἀμφὶ δαιτρὰ* scripsit. — V. 52. *ἄπορα* correctores, *ἄπορον* vett. l. et Athen. (sed ibi BP *ἄπορον α*). — V. 53. *κακαγόρος* A (CE) schol. et schol. Theocr. V 84 ex antiqua scriptura forte servatum, ut *γαρύεν* v. 3, videntur veteres grammatici tuiti esse; accentus satis ambiguitatem defendit, quamquam inde ortus error in P *ἀκέρδειαν λ. θ. κακαγορος*. reliqui libri *κακαγόρους*, *κακαγόρως*, *κακηγόρως*, *κακηγόρος*, *κακηγόρους*, *κακηγόρως*. Hóman scripsit *κακαγόροις* abusus Nem. I 24.

ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι
μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, κόρῳ δ' ἔλεν
ἄταν ὑπέροπλον, ἄν οἱ πατὴρ ὕπερ
κρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλᾶται.

Στρ. γ'.

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
ἔθεσαν. εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται λελαθέμεν ἔρδων,
ἁμαρτάνει.

V. 57. ἄν Hermann, libri τὰν. Hartung maluit scribere ἄταν ὑπέροπλόν οἱ, τὰν πατὴρ, existimans ita facili negotio removeri offensionem, quam praebet proximo versu αὐτῷ post οἱ illatum, sed non cogitavit ista verborum traiectione versus numerum pessumdari. — ὕπερ κρέμασε divisim scripsi, praeeunte Mommseno, nisi quod ὑπὲρ tenuit, legebatur ὑπερκρέμασε. — καρτερὸν αὐτῷ pronomen iteratum, quamvis agnoscat schol., de vitio suspectum, sed emendatio incerta, nam neque αὔῳ satisfacit, neque ἀάτῳ vel ἄτῳ, Hecker καρτερόνωτον coniecit. — V. 58. αἰεὶ correctores, ἀεὶ vett. l. — V. 59. ἀπάλαμον corr., vett. l. ἀπάλαμνον. — V. 60. ἀθανάτων, EUΓΔΘ ἀθανάτους. — κλέψαις DE, ceteri κλέψας. — V. 64. ἔθεσαν quamvis dubitanter tenui, nam PQ ἔθεσαν αὐτόν, ΓΔΘ θέσσαν αὐτὸν, reliqui vett. θέσαν αὐτὸν, recc. pronomine αὐτὸν deleto θέσαν vel θέσσαν exhibent. Et θέσσαν quidem forma suspecta, sed ἔθεσαν quoque propter numerum incommodum; nam solutio, quamvis per se haud improbanda, abest a ceteris strophis: neque tamen placet quod ego olim et Ahrens proposuimus θῆσαν i. e. ἔθρεψαν, θῆκαν cur ab hoc loco alienum sit, manifestum. Apud Hesychium singulares formae θίημι· ποιῶ et θιῆσαι· ποιῆσαι leguntur, quae mihi Boeotis potius, quam Cretensibus vindicandae videntur, neque tamen his utar, ut Pindaro θέησαν vel θῆσαν attribuam. Neque τεῦξαν, quod fortasse aliquis coniiciat (video nunc id ipsum commendare Hómanum), aut εἷσαν, abhorret enim a sermonis consuetudine, neque κτίσσαν, quod Schneidewin commendat, probabile: Hartung οἷσιν ἀφθίτους θῆκεν, Mommsen ἄφθιτον θέν νιν satis invenuste: quod in plurimis antiquorum librorum αὐτόν repperit, manifestum est additamentum, non ut Mommsen putat interpretamentum: neque enim solent νιν vel μιν quod sexcenties legitur explicare, sed obiectum ubi deest supplent, atque glossae cod. Vrat. plane exhibent ἐποίησαν δηλονότι αὐτόν. Accusativum qui desiderat, potest facile restituere, οἷς νιν pro οἷσιν scribens. — λελαθέμεν emendavit Mommsen, i. e. λελῆθέναι, cf. Eurip. Rhes. 940 μὴ δόκει λελῆθέναι. Phrix. fr. 832 ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λελῆθέναι. Legebatur τι λαθέμεν, sed vett. libri praeter Γ om. τι, recc. exhibent τι λασέμεν. — Inter ἔρδων et ἕρδων fluctuant libri, quemadmodum aliis locis; utrum in Pindaro sit praeferendum, difficile diiudices.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ἐπ. γ'.

θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμ-
βάνει. 130
θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον
γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν,
ἀπάντων καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος ἄεθλος 135
ὑποκείσεται· τὺ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
ὣς ἔννεπεν· οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατο
ἔπεσι. τὸν μὲν ἀγάλλων θεός
ἔδωκεν δίφρον τε χρύσεον πτεροῖσίν τ' ἀκάμαντας ἵππους. 140

Στρ. δ'.

ἔλεν δ' Οἰνομάου βίαν παρθένον τε σύνευνον·
τέκε τε λαγέτας ἔξ ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς. 145
νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
τύμβον ἀμφίπολον ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ· τὸ δὲ
κλέος 150
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις,

cum offendat, olim conieci *ματῆρας*, non dissimile est Homericum Il. IX 394 *γυναῖκά γε μάσσεται*. — V. 82. *τί*, Greg. p. 212 *τά*, quod *τί* esse dicit et sic A probante Mommseno, BC utramque lectionem exhibent. — V. 84. *οὗτος ἄεθλος*, Triclinius *οὑτοσὶ ἄεθλός γ'*. — V. 85. *ὑποκείσεται*, Hecker *ἐπικείσεται*. — V. 86. *ἔννεπεν*, BC *ξύνεπεν*, ut possis *ἤνεπεν* revocare. — *ἐφάψατο ἔπεσι* vett. l., *ἐφάψατ' ὧν ἔπεσι* recc. Deleta igitur particula cum Mommseno hunc versum in duos discripsi. — V. 87. *δίφρον τε χρύσεον* $_{V}$ vett. praeter CFN$^{T}\Pi$, qui om. *τε*, sed recc. *δίφρον χρύσεον ἔν*· — ^{V}. 89. *τέκε τε* vel *δὲ* libri correcti, vett. cum schol. *ἄ τέκε*. Fort. *ἕλ ὠν δ' . . . ἔτεκε* (vel *τέκετο*), quanquam *ἔλε δὲ* tuetur sch. Eur. Andr. 107. Mommsen videtur illud ipsum *ἄ τέκε* commendare, ut Aeolensium more *ἄ* corripiatur, cuius licentiae satis incerta auctoritas: neque probabile Pindarum *ἄτεκε* pro *ἔτεκε* dixisse, littera *ᾱ* augmenti loco servata, cuius formae tenues reliquiae extant apud Hesychium, cf. Curtius Verbum I 112. In titulo CIGr. I 31 omnino legendum *Κοῖός μ' ἀπόησε Φύ(σκω)*, nam in eiusmodi titulis non solet augmentum omitti. — *λαγέτας*, Schol. Hom. Il. Θ 378 *ἔστι δὲ ἄκρατον Δώριον, ὡς τὸ λαγέτας υἱούς*, si hunc locum respexit, erravit: neque enim hic *ᾱς* corripitur. — *μεμαλότας* recc., *μεμαότας* vett. et schol. Vulgatam *μεμαλότας* revocavi, quam etiam glossae cod. Vrat. exhibent *ταῖς ἀνδρὶ προσηκούσαις, ἤγουν φροντίδα ποιουμέναις* (l. *ποιουμένους*) *τῶν ἀρετῶν· ἀντιστρόφως ἀντὶ τοῦ οἷς ἀνδραγαθίαι ἦσαν καὶ* (del.) *φροντίδες*. cf. Epigr. in Ephem. Archaeol. 3408: *τᾶς μελέτας ἄνθημα διάκτορον ἐνθάδε κεδνοὶ θέντο παλαιστρίταν ἠΐθεοι φύλακα ἔ(ργμ)ασιν εὐτάκτοισι μεμαλότες ἄκρον ἔφηβοι καὶ φιλί(α) Χαρίτων τ' ἄμμιγ' ὁμοφροσύνᾳ*. Hartung scripsit *τεθαλότας*, quod Schneidewin dubitanter proposuit.

Πέλοπος, ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται
μάχμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι·
ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν ἈΑντ. δ'.
ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' αἰεὶ παράμερον ἐσλόν
ὕπατον ἔρχεται παντὶ βροτῶν· ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
κεῖνον ἱππίῳ νόμῳ
Αἰολῇδι μολπᾷ
χρή· πέποιθα δὲ ξένον
μή τιν' ἀμφότερα καλῶν τε ἴδριν ἀλλὰ καὶ δύναμιν κυ-
ριώτερον
τῶν γε νῦν κλυταῖσι δαιδαλωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖσι μήδεται

V. 99. *αἰεὶ* CDFN, v. *ἀεὶ*. — *ἐσλόν* ABEN, v. *ἐσθλόν*. — V. 100. *βροτῶν* vett. plerique, *βροτῷ* NPQX*ΠΣΤ*, item recc. dissident. — *στεφανῶσαι*, B *στεφανῶται* manifesto errore, quamquam etiam sch. A *ται ἀντὶ τοῦ σαι*. — V. 101. *ἱππίῳ* C, ut Hermann scripsit, *ἱππείῳ* vett., *ἱππικῷ* recc. — V. 104. *ἀλλὰ καὶ* Hermann (cf. Pyth. IV 79), vett. libri *ἅμα καὶ*, correcti vel *ἄλλον ἢ* vel *ἄλλον καὶ*. Ego olim conieci *καλῶν τε μᾶλλον ἴδριν ἢ*, cf. Ol. II 93, quod recepit Hartung. Mommsen *ἄμμε καὶ* correxit, cui emendationi favet Schol. 2: *πεπίστευκα . . . μηδένα με ἔτι φίλον τῶν νῦν ἀνθρώπων ἐγκωμιάσαι τοῖς ὕμνοις ἀμφότερα ἔχοντα, καὶ ἐπιστήμονα τὰ κατὰ ψυχὴν καὶ σώματος ἰσχὺν τούτου ἀνδρειότερον.* nisi ille potius haec optavit et divinavit, quam in suo libro legit; idem videtur *τ' ἔτ' ἴδριν* legisse, sed Pindarus scripsit *τε Ϝίδριν* (ut est in titulo Boeoto C. Inscr. 1575 *Ϝιδρίαο*). Paraphrastes, qui hic quoque prorsus omnia pervertit, videtur *ἄλλον* reperisse, schol. 3 fere consentit cum schol. 2: *πεπίστευκα δὲ ὅτι οὐδένα ὕμνησα ἀμφότερα ἔχοντα, ἐμπειρίαν τε καὶ ἄλλων δύναμιν*, ubi corrigas *ἐμπ. τε καλῶν καὶ δ.* sive *ἐμπειρίαν τε καὶ καλῶν δύναμιν*, quemadmodum schol. 1 in hunc modum restituendum: *ἐμπειρίαν ἔχοντα* (vulgo *ἐμπεριέχοντα*) *καὶ δύναμιν* (v. *δύο*) *τῶν καλῶν, ὅ ἐστιν, ἀγαθὸν καὶ δυνάμενον συντελεῖν· ἑνὶ γὰρ τὸ ἕτερον ἠκολούθηκεν, ἅπερ τὰ δύο* (*τῷ Ἱέρωνι πάρεστιν*) ubi v. *οὐ τὰ δύο*. His interpretibus videtur obversatum esse quod Plato Men. 77 A ex nescio quo poeta adhibet (vid. fr. adesp. 130): *δοκεῖ τοίνυν μοι ὦ Σώκρατες ἀρετὴ εἶναι καθάπερ ὁ ποιητὴς λέγει, χαίρειν τε καλοῖσι καὶ δύνασθαι. καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω ἀρετὴν ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι.* ut poeta Hieronem praeconio ornaverit, quo nihil maius dici aut fingi potest, quamquam Pindarus potius potentiam regis dicere videtur, cf. Pyth. II 59. Sed locus nondum persanatus, *μή τιν'* omnino displicet, refingas *εἴ' τιν'*, nam *μ' εἴ' τιν'*, quae lenior videtur medela, procul habendum. Antea conieci *πέποιθα δὲ ξένου μῆτιν κτλ.* ut *κυριώτερον* adverbii loco sit et poeta non solum Hieronem laudaverit eximie, sed etiam de se magnifice sit locutus, quemadmodum veteres interpretes ambigunt, utrum regem an ipsum poetam haec spectent. — V. 105. *δαιδαλωσέμεν*, A *δαιδαλωσάμεν*. At Parmenides quoque v. 31 *δοκιμωσέμεναι* ex mea emendatione pro *δοκιμῶσαι* dixit, adde Homericum *ἀξέμεν*. — V. 106. *τεαῖσι*, Hartung *ἑαῖσι*.

ἔχων τοῦτο κῦδος, Ἱέρων,
μερίμναισιν· εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι
Ἐπ. δ'.
σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν ἐπίκουρον εὑρὼν ὁδὸν λόγων,
παρ' εὐδείελον ἐλθὼν Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὤν
Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει·
ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται
βασιλεῦσι. μηκέτι πάπταινε πόρσιον.
εἴη σέ τε τοῦτον ὑψοῦ χρόνον πατεῖν,
ἐμέ τε τοσσάδε νικαφόροις
ὁμιλεῖν πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλλανας ἐόντα παντᾷ.

V. 107. ἔχων, Hermann ἑκών, mihi Αἰὼν scribendum videtur. — κῦδος, quod Faehse coniecit, CL et praeterea nonnulli ex corr., κῆδος ceteri, atque ita leg. Schol., Boeckh κᾶδος, Goram τωὐτὸ κᾶδος, Rauchenstein κῦρος, Schmidt κέρδος. — V. 108. μὴ, EF καὶ μή. — λίποι, O λίποις. — V. 109. κεν om. CDN. Hartung locum sic refinxit νίκαν γλυκυτέραν ἔτ' ἔλπομαι . . . κλεΐξειν, ἐπικ. — V. 110. κλεΐξειν, κλειξεῖν Xb, κλεΐζειν BDMNOVXΠ. cf. Baeumlein Modi p. 352 seq. — V. 111. ὤν Μοῖσα, Hartung ὦ Μοῖσα. — V. 112. ἀλκᾷ, DL et alii libri ap. Momms. ἀλκάν, quod Hartung coniecit: ego suspicatus sum ἀλκᾶν i. e. ἀλκᾶεν legendum esse. — V. 113. ἐπ' additum a correctoribus, om. vett. l., ἐν V, atque ita legit schol. Vindob., cuius lemma est ἄλλοι δ' ἄλλοισι μεγάλοι. si quis longam syllabam non refugiat, possit scribere ἀλλ' ἄλλοισιν ἄλλοι, quemadmodum est ap. Archil. 35: Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται. Interim acquiescendum est in Byzantinorum supplemento. — V. 115. σέ τε, V σέ, schol. fort. δέ σε. — ὑψοῦ, D ὑψοῖς, fort. Pindarus ὑψοῖ scripsit. — τοσσάδε etiam schol. vett. agnoscunt, sed is qui scripsit χαίρω δὲ γράφων τοιάδε, καὶ ἔσται τοιαῦτα οἷα ἐπὶ σοῦ, videtur τοιάδε legisse, quorsum etiam spectat glossa cod. Vrat. — V. 116. πρόφαντον CFNOPQZ recc., προφαντὸν reliqui. — σοφίᾳ, Triclinius σοφίαν. — V. 117. παντᾷ Pl, vulgo παντᾶ. Trypho his adverbiis detraxit litteram mutam, contra quem disputat Apollon. de adv. p. 560, qui et analogiae ope et paradosi usus (cf. etiam p. 625) iota tuetur. Mature tamen in nonnullis dialectis plane extrita est haec littera (velut in titulis Delphicis adverbia fere carent hac littera, quae quidem etiam in dandi casu nominum saepius neglecta est), et inde ab Augusti aetate etiam in communis vitae consuetudine fere omitti solebat cum in his, tum in aliis vocibus, cf. Strabo XIV 648, Artemidor. III 34, Franz Elem. Epigr. 233. Dorienses tamen non solum antiquiore tempore firmiter tenuerunt, vid. Ahrens Dor. 269, sed etiam novissimis saeculis ceteris religiosiores in hac re fuerunt, ita in hymno in Isidem IV 13 scribitur παντᾷ, ib. I 4 ὅπᾳ, IV 1 ὁμᾷ.

ΕΠΙΝΙΚΟΙ

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙΣ.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

ΩιΔΗ Β.

Strophae.



Epodi.



In inscriptione libri, ut videtur nihil variant.

In numeris discribendis plura novavi. Str. v. 2 trimetro paeonico praemissa est tripodia trochaica, quam speciem correcto v. 62 omnes versus ostentant. V. 3 iambicum penthemimeres consociatum est cum tetrametro paeonico; nam v. 10, qui unus adversatur, omnino corrigendus. V. 6 rectius dirimetur in duos versiculos, quemadmodum etiam Boeckh in ed. 1 ordinavit: nam ultimae sex syllabae peculiarem versum efficiunt duobus baccheis constantem: sed quoniam emendatio v. 26 incerta, nihil novavi. — Epod. v. 1 creticum trimetrum anacrusi auctum iam Mommsen ex librorum auctoritate restituit. V. 2 tribus trochaicis colis constat, secundi coli arsis ubique soluta, si v. 76 recte

Στρ. α'.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,
τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
ἦτοι Πίσα μὲν Διός· Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης
ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου
γεγωνητέον, ὅπιν δίκαιον ξένων, ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον ὀρθόπολιν·

Ἀντ. α'.

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
ὀφθαλμός, αἰὼν δ' ἔφεπε μόρσιμος, ἐπ' ὄλβον τε καὶ
χάριν ἄγων
γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, ἕδος Ὀλύμπου νέμων
ἀέθλων τε κορυφὰν πόρον τ' Ἀλφεοῦ, ἰανθεὶς ἀοιδαῖς

restitui in adnotatione. V. 3 dimetrum paeonicum excipit dimeter iambicus; in prima dipodia iambica diagramma exhibet varietatem, quae v. 77 deprehenditur, sed tradita scriptura non est integra: verum etiam emendata lectio, de qua dixi in adnotatione, insignem varietatem ostentat. — Paeones vel cretici incipientes percuti existimantur, sed secundum artis praecepta duo paeonici rhythmi videntur discernendi esse, alii enim ad modum trochaici metri percutiuntur ⏑ – –, ⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, alii autem iambici numeri legem sequuntur – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, – ⏑ – ⏑. Et in hoc quidem carmine poeta utroque genere usus est, paeones cum trochaeis consociati in principio, cum iambis vincti in novissima parte percutiuntur: atque vel eodem versu bina paeonum genera comprehenduntur, velut str. v. 5 ad hunc modum percutiendus erit – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – quemadmodum v. 1 iambicum colon cum trochaico copulatum.

V. 2. *θεόν*, *θεῶν* ERVW et gramm. Harl. post Heph. 331. — *τίν' ἥρωα*, AEFN1 *τίνα δ' ἥρωα*. — *τίνα δ' ἄνδρα*, plerique vett. velut CDN2O *τίν' ἄνδρα*. — V. 3. *ἦτοι*, libri *ἤτοι*, AA2O *ἦ,τοι* vel *ἤτοι*. — V. 4. *ἀκρόθινα*, CN1 *ἀκροθίνια* atque ita Zenodotus. — V. 5. *δὲ* om. AA2. — V. 6. *ὅπιν δίκαιον ξένων* Hartung et Mommsen, qui quidem antea *δικαίαν* requirebat, Hermann vel *ὅπι* (i. e. *ὅπιδι*) *δίκαιον ξένων* vel *ὅπιν δίκαιον ξένον*, libri *γεγωνητέον ὀπὶ* (*ὅπι* G1H1 et fort. B1), *δίκαιον ξένον*. Glossae adscriptae *ὀπὶ* i. e. voce fere tuentur, sed G *ὅπως καθώς* interpretatur, quasi *ὅπᾳ* scriptum fuerit; *ὀπὶ* cum metro adversetur, Kayser *γεγωνητέον ἐν ὀπὶ* coniecit, ego olim *γεγωνητέ' ἐνοπᾷ δικαιόξενον* versu in duas partes diviso, metri nullam habens rationem Hecker *ὀπὶ δίκαιον νέων*. — V. 7. *ὀρθόπολιν*, ADNO1 *ὀρθόπτολιν*. — V. 10. *ὀφθαλμός*, MSWZ1 *ὀφθαλμοί*. — *αἰὼν δ'* ACDN schol., reliqui *αἰών τ'*. — *μόρσιμος*, *ἐπ' ὄλβον* scripsi numero versus consulens praeeunte Heynio, cf. schol. *τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπέμπων ἐπὶ ταῖς γνησίαις αὐτῶν ἀρεταῖς*. Libri *μόρσιμος πλοῦτον*, Hermann *μόρσιμος ὁ πλοῦτον*.

εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον

Ἐπ. α΄.

λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἄν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος·
λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
(ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει
παλίγκοτον δαμασθέν,

Στρ. β΄.

ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμψῃ
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν. ἕπεται δ' ὁ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἳ μεγάλα, πένθος δ' ἐπίτνει
βαρύ
κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις, ἀποθανοῖσα βρόμῳ
κεραυνοῦ ταννέθειρα Σεμέλα, φιλεῖ δέ νιν Παλλὰς αἰεί,

V. 14. *κόμισον*, nonnulli *κόμισσον* vel *κόμησον*, O1Q1 *κόσμησον*. — V. 16. *οὐδ' ἄν*, A om. *ἄν*. — V. 19. *ἐσλῶν* APV et aliquot novicii libri, *ἐσθλῶν* vett. Formam *ἐσλὸς* Doriensibus vindicant, sed Gregorii Corinthii exigua vel potius nulla est auctoritas: neque Aeolensibus videtur in usu fuisse, nam ap. Sapph. 28 Aristotelis libri *ἐσθλῶν* (Steph. et Ursin. *ἐσλῶν*), 51 *ἐσθλὰ* Athen., *ἐσλὰ* edd. vett. Macrobii (codd. om.). fr. 26 ex carmine subditicio *ἐσθλᾶς* in neutram partem valet; sane apud Alc. fr. 50 *ἐσλός*, sed adtulit Pindari schol., idem tamen cod. Monac. Diog. L. I, 31 exhibet. Vulgaris forma legitur apud Ibycum fr. 19 et Simonidem fr. 5, 9 (ubi Boeckh *ἐσλόν*). Videtur igitur *ἐσλὸς* Pindaro peculiare esse, neque dubito ad Boeotorum sermonis consuetudinem referre, apud quos Θ ad sibilantis litterae similitudinem accedebat, ita ut ex *ἐσσλὸς* facile *ἐσλὸς* potuerit attenuari; quemadmodum Sappho *μάσλης* dixit pro *μάσθλης*. Hephaest. c. 1 *κατὰ πάθος* ortam esse scripturam *μάσλης* dicit, ac schol. adhibet ipsum hoc *ἐσλὸς* pro *ἐσθλός*. Bis priore syllaba correpta usurpavit Pindarus Pyth. III, 66 et Nem. IV, 95, quibus tertium exemplum addas hunc versum, quandoquidem in reliquis epodis nusquam syllaba anceps admissa est. Insolens sane correptio, sed quod Mommsen Hermanno auctore *ἐθλὸς* scribendum existimat, plane inauditum est. — V. 21. *πέμψῃ* AA, *πέμπῃ* ceteri. — V. 22. *ἀνεκὰς*, *ἀναβᾶσ'* F2OPQ1SV, *ἀναβᾶσα* N2. Schneidewin Philol. VI, 118 *ἀνακὰς* scribere mavult. — *δ' ὁ λόγος* Hartung, atque ita ut videtur schol., legebatur *δὲ λόγος*. — V. 23. *δ' ἐπίτνει* Beck (Mingarelli), libri *δὲ πιτνεῖ*, Hermann et Dissen *δ' ἔπιτνεν*, quoniam aoristus requiri videtur, sed haec quoque imperfecti est forma. — V. 25. *μὲν*, C *μ' ἄν*, lemma *κ' ἄν*. — V. 26. *νιν* CD1N, *μιν* ceteri. Videtur scribendum *φιλεῖ* | *ὅ νιν Παλλὰς αἰεὶ*, versibus aliter discriptis, vide supra. — Post hunc versum libri vett. et recc. praeter Tricliniianos addunt versiculum: *Φιλέοντι δὲ* (O *σε*) *Μοῖσαι* (AA *μοῦσαι*), quem scholiastarum vett. auctoritati obtemperans Triclinius eiecit. Schol. *ἔστι περισσὸν τὸ κῶλον ὡς πρὸς τὴν ἀντίστροφον· ὅθεν καὶ ὄβελος αὐτῷ παράκειται, πᾶσαι γάρ εἰσιν ιδ' ὁμοῦ κώλων,*

καὶ Ζεὺς πατήρ, μάλα φιλεῖ δὲ παῖς ὁ χισσοφόρος·
Ἀντ. β΄.
λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ
μετὰ κόραισι Νηρῆος ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον. ἦτοι βροτῶν γε κέκριται
πεῖρας οὔ τι θανάτου,
οὐδ' ἀσύχιμον ἁμέραν ὁπότε παῖδ' ἀελίου
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν· ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
εὐθυμιᾶν τε μετὰ καὶ πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.
Ἐπ. β΄.
οὕτω δὲ Μοῖρ', ἅ τε πατρῴϊον
τῶνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον, θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ
ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λᾶον μόριμος υἱός
συναντόμενος, ἐν δὲ Πυθῶνι χρησθέν
παλαίφατον τέλεσσεν.
Στρ. γ΄.
ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννύς

αὕτη δὲ μόνη ιε΄ εὑρίσκεται ἔχουσα. quae ipsius Aristophanis adnotatio esse videtur, cf. infra: τοῦτο τὸ κῶλον ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης. Hinc olim existimabam locum antiquitus iam labem contraxisse; poeta scripsisse videbatur:

Ζώειν μὲν ἐν Ὀλυμπίοις ἀποθανοῖσαν βρόμῳ
κεραυνοῦ ταννέθειρα Σεμέλαν φάτις·
φιλέοισιν δὲ Μοῖσαι.

ut Archilochus χρυσοέθειρ dixit, etiam Pindaro licuit heterocliton ταννέθειρα dicere, cuius ignoratio corruptioni ansam poterat dare. — V. 27. πατήρ, μάλα φιλεῖ δὲ distinxi cum Ạ, vulgo πατὴρ μάλα, φιλεῖ δὲ. cf. Pyth. VI, 38. — παῖς, A πάϊς. — χισσοφόρος, Pindarus fort. χισσοφόρας scripsit. -- V. 29. Νηρῆος, Νηρέως, Νηρέος libri. — V. 30. τετάχθαι, Hecker τετύχθαι. — ἦτοι AN2OX, reliqui ἤτοι. — γε om. BX Moschop. — V. 31. πεῖρας X et novicii, πέρας vett., quod ut servaret Mommsen γε πέρας οὐ κέκριταί τι θανάτου scripsit, ubi insolens verborum collocatio, inprimis vox monosyllaba versu extremo offendit, sed fortasse poeta γε θανάτου πεῖρας οὐ τι κέκριται scripsit. Hartung οὔ τοι βροτῶν κέκριται πεῖρας οὔτι θ. Pro θανάτου M. Schmidt καμάτου legendum suasit. — V. 32. ἀελίου vett. plurimi, non ἁλίου. — V. 33. ῥοαὶ δ', AẠ ῥοαί τ'. — V. 34. μετὰ MΣ, μέτα reliqui, quos nolui sequi, cf. Nem. III, 84. — V. 35. ἅ τε, Mommsen scripsit ἃ τὸ πατρῴιον. — V. 36 τῶνδ', a pr. m. CFOQZ τόνδ'. — V. 37. ἄλλῳ χρόνῳ, A1Ạ ἄλλος χρόνος cum schol. A. — V. 38. Λᾶον Hermann, libri Λάϊον. — μόριμος G2 et novicii, μόρσιμος vett. — V. 39. συναντόμενος, plerique vett. συναντώμενος. — V. 40. τέλεσσεν BGU et pars recc., reliqui τέλεσεν, EFR τελέσας. — V. 41. Ἐριννύς, EGHVW Ἐρινύς.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος φέρει τῶν τε καὶ τῶν
καιρόν, βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν,

Ἐπ. γ΄.

ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἐτυμώτατον
ἀνδρὶ φέγγος· εἰ δέ νιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον,
ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
ποινὰς ἔτισαν, τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ
λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Στρ. δ΄.

ἴσαις δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ

emendatio quae novicio invento nititur certa; conieci ἀδοσυνᾶν πάρλυσις, ut ἀδοσύνα sit fictum ab Homerico vocabulo ἄδος, quamquam Pindarus eiusmodi formas non frequentat, praeterea in nominibus id genus aut quarta syllaba est producta aut antepaenultima (ωσύνη), cf. Lobeck Pathol. 239. Hartung scripsit παραλύει δυσφόρων πόνων· πλοῦτος κτλ. — V. 54. ὑπέχων, Bunsen Gott in d. Gesch. III, 440 ἐπέχων commendat. — ἀγροτέραν, Hecker ἀηροτέραν. Hartung interpunxit ἀγροτέραν. Ἀστὴρ κτλ. — V. 55. ἐτυμώτατον vett. libri, ἀλαθινὸν interpolati, ἐτήτυμον ed. Romana. — V. 56. νιν ACN, μιν vett. — ἔχων vett. libri, ἔχει R et interpolati (ἔχοι Z). Boeckh εἴ γε μιν ἔχων, Schneidewin ἢν δέ μιν ἔχων, Tafel et Rauchenstein εὖ δέ μιν ἔχων. Ego in ed. 2 suspicatus sum οἶ δέ μιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον. Mommsen olim ἔχων loco verbi finiti esse putabat, Hermann apodosin deesse existimat, ut poeta anacoluthia quadam sit usus, L. Schmidt postquam priorum interpretum sententias non sine calumnia recensuit, censet apodosin haud desiderari, sed post longissimam intercapedinem verborum v. 89 orationem continuari, quod vix cuiquam probabit, quamquam etiam Oelschlaeger et Mommsen suspicantur apodosin subsequi v. 61. Nunc Mommsen hoc enuntiatum cum praegressis arcte copulans φέγγος, εἰ δέ νιν veteres interpretes sequitur, qui δὲ vel redundare vel voculae δὴ aequiparandum esse censent. Equidem interpunctione post τις addita puto impeditum hunc locum facillime illustrari: brachylogia utitur poeta, verbum enim οἶδεν, quod iterandum fuit, semel adhibuit. Hoc enim dicit: si quis alius opibus simul et virtutibus clarus futurum tempus mente tenet, hic est. Theronem enim dici, cuius laudes hic erant celebrandae, facile unusquisque audientium intelligebat. — V. 57. θανόντων, Hartung φόνων τῶν, Oelschlaeger βροτῶν τῶν. — αὐτίκ', Rauchenstein probabiliter αὖτις, quamquam quid Pindarus scripserit, certo indagari nequit, possis cum alia, tum ἄντιτ' vel ἐς τρὶς suspicari. Bunsen G. i. d. G. III, 440 αὐτίκα tuetur. — V. 58. τᾷδε, CG1OPQSU τᾶ. — V. 59. ἐχθρᾷ ... ἀνάγκᾳ plurimi libri, nisi quod fere ἐχθρᾶ ἀνάγκα ex more exhibent, sed ἐχθρὰ .. ἀνάγκα(η) A1ZG, denique ἐχθρᾶς ... ἀνάγκας(ης) novicii aliquot libri. — φράσαις B1N1, φράσας reliqui, M φράσασ'. Schol. Vat. traditam lectionem sequuntur, quam artificiose explicant, schol. Ambr. quid legerit incertum, ut Mommseno videtur, repperit τις .. λόγος vel potius Λόγος, nam dicit τὸν τῆς τιμωρίας λόγον σωματοποιεῖ. Uterque interpres Ἀνάγκαν hic δαίμονα esse arbitratur. Hartung scripsit ἐχθρὰ λόγον φράσαισ' ἀνάγκα. — V. 61. ἴσαις δὲ νύκτεσσιν· αἰεὶ

ἴσον ἐν ἁμέραις ἄλιον ἔχοντες, ἀπονέστερον
ἑσλοὶ δέκονται βίοτον, οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλλὰ παρὰ μὲν τιμίοις
θεῶν, οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις, ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα· τοὶ δ' ἀπροσόρατον ὀχχέοντι πόνον.

ἴσον ἐν ἁμέραις scripsi; libri antiqui ἴσαις δὲ ν. αἰ. ἴσαις δ' ἐν ἁμ., nisi quod BUZΓΛΣΨ ἐν ante νύκτεσσιν inserunt, sed novicii ἴσον δὲ ν. αἰεὶ, ἴσα (vel ἴσον, ἶσον) δ' ἐν ἁμέραις ex manifesta correctione, quae ex schol. vett. explicatione repetita est. Equidem stigme post αἰεὶ sublata ἴσον ἐν ἁμέραις pro ἴσαις δ' ἐν ἁμ. dedi, ut et numerorum legi et sententiae institutae consulerem. Hoc enim dicit poeta: illic noctibus semper pares esse dies: est illic ver quasi perpetuum, non sicut nos in hoc terrarum orbe hiemis saevitia laborant, itaque etiam tellus sua sponte omnia fert. Dativus ἴσαις νύκτεσσιν aut suspensus est a verbis ἴσον ἄλιον, aut significat *cum noctes sint aequabiles*, quemadmodum Sophocl. Trach. 1230 dixit τὸ γάρ τοι μεγάλα πιστεύσαντ' ἐμοὶ σμικροῖς ἀπιστεῖν τὴν πάρος ξυγχεῖ χάριν. h. i. *in parvis negotiis*. In ed. 3 scripsi ἴσαις θ' ἁμέραις in eandem sententiam; Mommsen ἴσαις δὲ ν. αἰεί, ἴσαις δ' ἁμ., interpretationem vett. sch. secutus, easdem dierum et noctium vicissitudines, quas in hoc terrarum orbe observamus, etiam in beatorum sedibus esse. Boeckh ἴσον δὲ ν. αἰ., ἴσον ἐν ἁμ., Hartung ἴσον δὲ ν. αἰεὶ οἷον ἐν ἁμέραις. Multa denique et nova molitur Schmidt ἴσαις δὲ ν. ἄμμι χρόνον ἐν ἁμέρᾳ θ' ἴλαον ἔχοντες. Hóman scripsit ἴσον δὲ νύκτεσσιν ἁμῶν χρόνον ἐπάμεροι. — ἄλιον, ex nullo libro ἀέλιον enotatum. — ἀπονέστερον, A addit ἄμοχθον, quod in archetypo explicandi gratia suprascriptum. — V. 63. ἑσλοί pars vett., reliqui cum recc. ἐσθλοί. — δέκονται Wüstemann, idque plane extat in A (ubi δέχονται suprascr.) atque eodem ducit P ubi m. sec. supra δέρκονται addidit δέ i. e. δέκονται. Antiqui libri δέρκονται, novicii νέμονται. Boeckh coniecit δράκονται, Geel δρέπονται, Hermann δεδόρκαντι βίον. — ἐν χερὸς ἀκμᾷ vett. l., nisi quod EFMN χειρός, et B ἀλκᾷ, sed interpolati ἀλκᾷ χερῶν om. praep. ἐν (R ἀκμᾷ χειρῶν, alius ἀρχᾷ χειρῶν), ubi ἀλκᾷ ut solet ex vett. sch. explicatione petitum. Mommsen ἔγχερος coniecit, quod idem sit, atque ἐγχειριδίον, idque existimat scholiorum auctoritate firmari (vid. Mus. Rhen. XVIII 303), ego non credo, sed teneo, quod dudum conieci ἔγχεος ἀκμᾷ. Scholiastae 1 et 2 vulgatam tuentur, sed sch. 3, qui dicit τινὲς δὲ χερὸς ἀκμᾷ τὸ ἄροτρον ἢ τὸ δόρυ, meam videtur coniecturam firmare. Quemadmodum Sophocles facem vel pilam ἔγχος appellavit, poterat etiam hic poeta vomerem dicere. Schmidt ἐν χρεὸς ἀκμᾷ i. e. χρεοῦς, qua correptione Pindarus non solet uti. Ceterum facile aliquis coniiciat χαράσσοντες, neque tamen hoc praeoptaverim. — V. 65. κεινὰν Byzantini, legebatur κενεὰν, poeta scripsit κενϝάν. Schol. Arati 110 κενεὸν περί. Madvig κείναν παρὰ δίαιταν requirit, quod foret inutile ac languidum additamentum. — παρὰ μὲν τιμίοις, Hartung παρὰ τιμαόροις. — V. 66. ἄδακρυν, A ἀδάκρυτον (nihil notavit Mommsen). — V. 67. ἀπροσόρατον, schol. variam lectionem ἀπροόρατον exhibent, praeterea lemma sch. A τοῖς δ' pro τοὶ δ', eamque scripturam agnoscunt schol. ἢ ἀνεπίδεικτον καὶ θεοῖς πόνον ἔχωσι, (ἢ) οὐδὲ ὑπὸ θεῶν δυνάμενον προοραθῆναι, ubi ἢ adieci, nam prior

Ἀντ. δ'.

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἑστρίς
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων
νᾶσόν ὠκεανίδες
αὔραι περιπνέοισιν· ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων, ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει,
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις,

explicatio ad *ἀπροσόρατον*, altera ad *ἀπροόρατον* referenda. — V. 69. *ἔχειν*, CN *ἐχέμεν*, unde coniicias *σχέμεν*, et Hermias in Plat. Phaedr. 152 exhibet *ἑκατέρωθε ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔργων σχεθέμεν ψυχὰν ἔστειλαν κτλ.*, sed aoristus minus conveniens. — V. 70. *ἔτειλαν* Byzantini, legebatur *ἔστειλαν* (etiam Hermias), sed schol. interpretatio *ἐτελείωσαν*, *ἤνυσαν* ad *ἔτειλαν* spectat, alii vero v. 123 *ἐστάλησαν* explicant. — V. 71. *νᾶσον* veteres libri praeter G, qui *νᾶσος* (cum gl. *ἀντὶ νήσους*) exhibet atque ita Byzantini, at Pindarus correptione accusativi pl. abstinuit, vid. supra p. 30. Paraphr. v. 123 (*εἰς τόπον*) *ἣν μακάρων νῆσον ὀνομάζουσιν*, postea schol. plurali utuntur, nec mirum. Apud Photium legitur *Μακάρων νῆσος, ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιόν· οὕτως Ἀρμενίδας*, ubi alii *μ. νῆσοι* substituunt, cf. Lycoph. 1204. Herodotus III, 26, ubi Oasim describit, locum dicit Graeca lingua dici *μακάρων νῆσον*, ubi item libri variant. — V. 72. libri *περιπνέοισιν* et *περιπνέουσιν*, A *παραπνείουσιν*. — V. 74. *χέρας*, *χεῖρας* D12, *χερσί* in aliquot libris supra scriptum est interpretatio. — *στεφάνοις* XZ*ΓΣ* aliique ex corr., ceteri veteres *στεφάνους*, recentes vel hanc vel illam scripturam tuentur. *Στεφάνους* haud dubie ortum ex glossa supra addita, quemadmodum *ὅρμους* in nonnullis libris supra *ὅρμοισι* legitur. Sch. Vratisl. *στεφάνοις* agnoscit, item gl. A *ἀντιπτ(ωτικῶς) ὅρμους καὶ στεφάνους*. Sch. B quid legerit non satis liquet, proponuntur diversae explicationes: altera *ἀντὶ τῆς αἰτιατικῆς τῇ δοτικῇ ἐχρήσατο*, consentiens cum sch. Vrat., altera *ὅρμοις οὐν λέγει τοῖς ἐνέρμασιν, οἷς τὰς χεῖρας στεφανοῦνται καὶ τὰς κεφαλάς*: hic grammaticus spreto antiptosis artificio censet extrinsecus *κεφαλὰς* asciscendum esse, eumque sequuntur schol. rec. Et prior quidem interpretatio propter inauditam structurae inversionem repudianda. Nec melior altera explicatio, non quod duriuscula reticentia (*τὰς κεφαλάς*), nam similia passim apud poetas leguntur, sed quod Graeci non sunt soliti manus circumdare sertis: propterea etiam coniecturae criticorum, velut Pauwii *κεφαλάς*, Karsteni *κροτάφους*, Hermanni *στεφάνας* sunt inutiles. *Ὅρμοι* sunt colli et pectoris, *στεφάνοι* capitis corollae, itaque aptum foret *Ὅρμοισι τῶν δ' ἔρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις*, sed correptio haec a Pindaro aliena, vid. ad Ol. I, 89. Quod si importunum *χέρας* in *σφέας* mutaveris, omnis difficultas sublata, sed videtur poeta scripsisse *Ὅρμοις ἑ τῶν χέρες ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις*. Apud Hesychium est *ἑττῶν· ἑκ τῶν*, unde geminatione neglecta *ἑ τῶν* ortum, quemadmodum est in titulo Locrico *ἑ τᾶς*, *ἑ θαλάσσας*, *ἑ λιμμένος*, quae Kirchhoff non recte oblitteravit, et similia alibi passim leguntur; neque abhorret hoc a Pindari usu, cf. *κάπετον* Ol. VIII, 38 et *ἀνεῖσθαι* a me restitutum Nem. II, 12. Librarios hoc fugit, nec magis agnoverunt aeolicos accusativos *ὅρμοις* et *στεφάνοις*, de qua

Ἐπ. δ'.

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι Ῥαδαμάνθυος,
ὃν πατὴρ ἔχει Γᾶς ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον,
πόσις ἁπάντων Ῥέας ὕπατον ἐχοίσας παῖς θρόνον.

forma dixi pluribus infra, inde corruptela orta. — V. 75. *βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι* libri veteres, nisi quod LN *βουλαῖσιν* pro *βουλαῖς ἐν*. Byzantini partim *βουλαῖς ὀρθαῖς*, alii *βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς* correxerunt. — V. 76. 77. Locus impeditissimus, quem iam veteres critici alii aliter tentaverunt. Libri non interpolati legunt: *ὃν πατὴρ ἔχει γᾶς* (A *γῆς*, om. lemma B, N supra *γᾶς* habet *παῖς*) *ἔτοιμον* (vel *ἑτοῖμον*, PQS *ἔτοιμόν γε*) *αὐτῷ* (*αὐτῷ Σ*, utrumque B) *πάρεδρον, πόσις ὁ πάντων Ῥέας* (A *πάντων, Ῥέας*) *ὕπατον* (ZΓ *ὑπέρτατον*) *ἐχοίσας παῖς* (*παῖς* erasum in ERΔ) *θρόνον* (*θρόνος* VΔΣ), sed libri a Byzantinis correcti etiam R, ut videtur, *κρόνος* pro *γᾶς* exhibent, iidem inter *αὐτῷ* et *αὐτῷ* fluctuant, ac deinde cum Z scribunt *ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον* vocabulo *παῖς* abiecto. Aristarchus haec ad Iovem rettulit, sed quomodo locum constituerit, non satis liquet; schol. Ambros. et Vrat. *πόσις· ὁ μὲν Ἀρίσταρχος πόσιος γράφει ὁ πάντων καὶ τὸν Δία ἀκούει συμπότην εἶναι τοῦ Ῥαθαμάνθυος*, ubi *πόσιος* manifestum mendum, legit Aristarchus *πόσις*, ut alii omnes, *ὁ πάντων* autem videtur ex coniectura scripsisse, cum olim *ἁπάντων* legeretur: neque vero *πόσιν* interpretatus est *συμπότην*, quamquam schol. idem in fine addit *ἔνιοι πόσιν ἤκουσαν τὸν συμπότην*, quod videtur ortum ex prava interpretatione primoris scholii, sed haud dubie vidit *πόσιν* hoc loco idem esse, quod *dominum*, itaque videtur olim additum fuisse *καὶ τὸν πόσιν δεσπότην*, quae verba nunc intercepta sunt. Iam *Γᾶς* cum illa interpretatione conciliari nequit, fortasse Aristarchus *μέγας* emendavit, itaque hoc fere modo locum constituerit *ὃν πατὴρ ἔχει μέγας ἔτοιμον αὐτῷ πάρεδρον, πόσις ὁ πάντων, Ῥέας ὕπατον ἐχοίσας παῖς θρόνον*. Didymus Pindari verba ad Saturnum revocavit; adscripsit schol. Ambr. locum ex Didymi commentario, qui sic fere corrigendus: *ὁ δὲ Δίδυμος· ἐπὶ τοῦ Κρόνου καθιστᾷ* (malim *συνίστησι Πίνδαρος τὸν λόγον*, quemadmodum Aristarchus *ἐπὶ τῆς Νεφέλης ὑφίστησι τὸν λόγον* sch. Pyth. II, 75), *τὸν Κρόνον* (*οὐκ*) *ὀνομάσας· πατὴρ πάντων ὁ Κρόνος ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὢν Ῥέας, παῖς δὲ τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον* (cod. *χρόνον*) *τῆς γῆς· εἷς* (cod. *τῆς πίσης*) *γὰρ τῶν Τιτάνων ὁ Κρόνος* (cod. *χρόνος*), *οἱ γῆς εἰσίν υἱοί. θρόνον δὲ αὐτὴν* (cod. *αὐτοῦ*) *μέγιστον εἰληχέναι* (cod. *εἰληφέναι*), *ὡς πάντα φέρουσαν καὶ τοῦ κόσμου νομιζομένην εἶναι* (*καὶ*) *θεῶν τροφόν, ὡς καὶ ὁ ποιητής· ξείδωρον ἄρουραν*. Longe aliter haec emaculare studuit M. Schmidt Pind. Ol. Siegesges. p. CXVIII. Recte quidem Didymus Saturnum intelligendum esse vidit, qui simpliciter *pater* nuncupari poterat, cf. Plato Cratylo 404, a, sed nisi verbis violenter traiectis non potuit Pindari orationem in hanc sententiam redigere. Tertiam recensionem nescio cuius critici exhibet Schol. Vat. B: *ὃν πατὴρ ἔχει ἕτοιμον. τὸν δίχα τοῦ κληθῆναι ἐλθόντα, ὅντινα Ῥαθάμανθυν ὁ πατὴρ πάντων Κρόνος, ὁ τῆς γῆς παῖς, ὁ ἀνὴρ τῆς τὸν ὕπατον ἐχούσης θρόνον Ῥέας, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον*. Hic enim paraphrasta ut Didymus Saturnum intelligit, sed ad Rheam revocavit, quae Didymus ad terram rettulit. Byzantini paraphrasta auctore pro *γᾶς* substituunt *Κρόνος* et *παῖς* expungunt, denique metri restituendi causa *ὑπέρτατον* scripserunt. Mihi quidem scribendum videtur:

ὃν πατὴρ ἔχει (πάϊς ὁ) Γᾶς ἑτοῖμον [αὐτῷ] πάρεδρον,
πόσις ὁ πάντων Ῥέας θ' ὕπατον ἐχοίσας [παῖς] θρόνον.

Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται·
Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ Ζηνὸς ἥτορ
λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·

Στρ. ε'.

ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα, Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν,
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίοπα. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα
βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
φωνάεντα συνετοῖσιν· ἐς δὲ τὸ πὰν ἑρμηνέων

priorem versum iam olim eodem modo correxi, nam et additamentum *πάϊς ὁ* necessarium et *αὐτῷ* manifesto insiticium est. Contra Mommsen pro *Γᾶς* scripsit *χθονὸς* vel *Διὸς*, Schnitzer *θεῶν*, quod quidem ante *ἔχει* inseruit, Christ mea usus emendatione *ὃν τε Γᾶς ἔχει πάϊς ἑτ.* edidit, leniorem scilicet adhibens medelam. Disputavit de hoc loco etiam Lehrs de schol. Pind. p. 10 seq. sed frustra, nam vir doctissimus tantum scholia a Boeckhio edita novit; quae Mommsenus ex Ambrosiano codice edidit, non adhibuit. Denique Schmid haec divinavit: *ὃν πατὴρ (ἔνασσέ ποτ') ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον, πόσις ὁ Ῥείας ὅπᾳ τὸν ἔσχατον ἔχει Γᾶς θρόνον.* Kayser *ὅν γε Γᾶς ἔχει γόνον ἑτοῖμον αὐ. π.* Versu altero *Ῥέας τε* scripsi, ut Saturnus dicatur universi mundi dominus idemque Rheae coniux; Pindarus antiquitatis verborum gnarus utrumque uno verbo *πόσις* significavit. Numeros versus qui exaequare velit, poterit *ὑπέρτατον* cum Byzantinis magistris pro *ὕπατον* scribere, equidem nihil novavi: poeta, cum in reliquis epodis usus sit hoc colo ∪ – ∪ ∪ ∪ – – ∪ –, hic substituit ∪ ∪ ∪ ∪ – ⏑ ∪ – versiculi figura variata, non numero mutato. Praeter solutionis aequabilitatem neglectam in hoc versu syllaba reticetur, quae vel adiectione vel silentio supplenda est, cum in ceteris epodis *λέξις* omnia tempora aequabiliter compleat. Usi sunt hac licentia passim poetae, sed critici, quos fugit hoc artificium, talia corrigere, quam defendere maluerunt, velut apud Aeschylum in Septem v. 154 *ἑτεροφώνῳ στρατῷ* et 160 *μελόμενοι δ' ἀρήξατε* aequiperantur, ubi frustra modo prior, modo posterior versus tentatus est coniecturis: item Eurip. Iphig. Aul. 272 *Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι*, cui respondet 283 *Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος*, et fortasse ib. 248 *Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα ποντίας*, ubi in antistropha est *ἐκ Μυκήνας δὲ τᾶς Κυκλωπίας*, nam *τῶν Βοιωτῶν* metro quidem satis convenit *οι* correpta, sed articulus haud dubie insiticius: critici hic quoque turbas dant. Atque ipse Pindarus Ol. X, 57 *ἀκρόθινα διελὼν* creticum admisit, ubi in ceteris strophis spondeus extat. Haec inaequalitas responsionis quae videtur vel maxime firmamentum ac robur addit artis praeceptis diu opertis de syllabarum defectu deque adiectione et silentio. Sane Pindarus in epiniciis hac liberiore metrorum conformatione fere abstinuit, at carminis Ol. II peculiarem esse indolem inter omnes constat; cf. quae dixi ad Ol. VI init. — V. 81. *Ἕκτορ' ἔσφαλε*, A *ἕκτορα σφάλε*.— *Τροίας*, *Τρῴας* Boeckh, vid. Eustath. Pr. 13, cf. Nem. II 14. — V. 85. *φωνάεντα* B cum ceteris non interpolatis praeter A, qui *φωνάντα* Dorico ut videtur accentu, *φωνᾶντα* Byz. corr., *φωνεῦντα* Eust. Il. 1237, 61. Prooem. 2. Cramer An. P. III 247, 27. — *τὸ πὰν* ACEV, *τοπὰν* unus e Mosch., itaque Boeckh, ceteri *τὸ πᾶν*. Oelschlaeger *ἐς δὲ μέσον* con-

χατίζει.. σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ λάβροι
παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον

Ἀντ. ε΄.

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, ἄγε θυμέ, τίνα βάλλομεν
ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρενὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς ἱέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις
αὐδάσομαι ἐνόρκιον λόγον ἀληθεῖ νόῳ,
τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν γε ἑτέων πόλιν φίλοις ἄνδρα μᾶλ-
λον
εὐεργέταν πραπίσιν ἀφθονέστερόν τε χέρα

Ἐπ. ε΄.

Θήρωνος.. ἀλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος
οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν,

iecit. — V. 86. *φυᾷ*, *φύσει* Longin. art. rhet. ed. Spengel I, 313. — *λάβροι παγγλωσσίᾳ*, fortasse poeta scripsit *λάβρῳ παγγλωσσίᾳ*, quemadmodum vel oxytona, ut *ἱερός*, *λαμπρός*, *φανερὸς* promiscue de utroque genere adhibentur. — V. 87. *γαρύετον*, Dawesius *γαρυέμεν*, Mommsen *γαρύεται* (figura Pindarica admissa, sed schol. A *τὸ ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ γαρύουσιν* nihil probat, nam legendum *τὸ δυικὸν*) Hartung pessime *γαρυέται*, quod nomen ipse finxit, non reputans, tunc *ἄκραντα* nullo pacto ferri posse. Librorum omnium lectionem *γαρύετον* praeter schol. tuentur Aristid. II, 35, Theophyl. Epist. VII, 12 et Greg. Cor. 218, nam Schol. Aristot. 92, B: *ἵνα δὲ μὴ τολμηρόν τις ἡγῆταί με λίαν ἄκραντα γαρυόμενον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον κατὰ Πίνδαρον* poetae verba suae orationi accommodavit. Sed haud scio an Pindarus scripserit *γαρυέτων*, imperativus acrimoniae, qua poeta in adversarios invehitur, satis conveniens. Imperativo dualis n. pers. 2 utitur Pindarus Ol. X, 5 *ἐρύκετον*, tertiae personae exempla rarissima, quamquam artigraphi non dubitant quasi pervagatas has formas discentibus tradere. Equidem unum novi exemplum ap. Hom. Il. VIII, 109 *τούτω μὲν θεράποντε κομείτων*, ita Aristarchus scripsit, fortasse ex coniectura, nam Zenodotus *κομείτην* legit, quae vulgaris videtur fuisse scriptura temere illa quidem orta ex v. 113 (ubi Aristarchus *κομεῖτον* scripsisse videtur). Improbat Aristarchi lectionem grammaticus in Epim. Cram. An. Ox. I, 398, asserens Homerum *οὐδέποτε δυικῷ προστακτικῷ τρίτου προσώπου χρήσασθαι*, ac sane Il. I 338 *τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων* potest pluralis numeri esse, cf. Od. I, 273 *θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων*, nec minus ambiguum Il. IX, 170 *κηρύκων δ' Ὀδίος τε καὶ Εὐρυβάτης ἅμ' ἑπέσθων*. Alii fort. *κομεύντων* legebant: ineptit gramm. Cram. *κομείτων* ex *κομείτωσαν* decurtatum esse dictitans. — V. 91. *Ἀκράγαντι*, *Ἀκράγαντα* RWXYZΓΩ et recc. — *τανύσαις* vel *τανύσσαις* plurimi, *τανύσας* HIΓΞΠΣ, *τάνυσον* (*τάνυσσον*) N1Q2U2. Vulgo hic stigme ponitur, sed schol. *τείνας* interpretatur et cum seq. iungit, quem praeeunte Hartungo secutus sum. — V. 92. *αὐδάσομαι*, B1Ω *αὐδάσομεν*. V. 93. *γε ἑτέων* A, ut iam E. Schmid scripsit, libri *γ' ἑτέων* (C1 *τ' ἑτέων*, om. *γ'* A). Pindarus *γε Ϝετέων* scripsit. V. 94. *πραπίσιν*, A *τὲ πραπίσιν*. — V. 95. *ἐπέβα* vett. (lemma A *ἐπέβασε*), novicii *ἔβα*, Hartung *ἐλᾷ*. — V. 96. *συναντόμενος*, aliquot vett. l. ut solent *συναντώμενος*.

τὸ λαλαγῆσαι θέλων κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς
ἔργοις· ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν·
καὶ κεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν, 180
τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

V. 97. τὸ λαλαγῆσαι, τι λαλ. Pauw. τὰ λ. Beck, τε λ. Bothe. — θέλων. Boeckh ἐθέλων. — κρύφον τε θέμεν Aristarchus correxit, legebatur metro pessum dato κρύφιόν τε θέμεν, atque ita antiqui libri, sed Z1 et recc. Aristarchi emendationem exhibent. Hermann κρύφον τιθέμεν scripsit. Ceterum Herodiano κρυφὸς oxytonon est, ut συφός, vid. Arcad. 84. nisi forte ille censuit variari accentum pro significationis diversitate, ut κρύφος idem sit quod κρύψις, κρυφὸς latibulum, cf. Lentz Herod. I, 224 seq. — ἐσλῶν F in lit. et A ut visum est Mommseno (sec. Studemundum θέμεν' ἑλών.), ἐσθλῶν Z2 et ex parte novicii, sed vett. ἐσλὸν vel ἐσθλόν (ita rell. recc.). Tradita antiquitus lectio fuit ἐσλόν (ἐσθλόν) conveniens illa quidem scripturae κρύφιον, Aristarchus utrumque mendum procuravit. — καλοῖς ἔργοις G1 ut videtur et aliquot recc., reliqui omnes κακοῖς ἔργοις convenienter antiquitus propagatae scripturae κρύφιόν τε θέμεν ἐσλόν. Sed Aristarchus καλοῖς ἔργοις edidit, ut videtur, ex coniectura, bene ille quidem de hoc loco, qui gravem labem contraxit, meritus, neque vero persanavit. Nam τὸ λαλαγῆσαι θέλων omnino non est graecum: neque tamen aliud quid legebant veteres, qui pro arbitrio ut solent in locis corruptis et impeditis interpretantur: ὁ γὰρ κόρος τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀργῶν (scr. μάργων) τῶν θορυβῆσαι θελόντων ἐπέβη τῷ τοῦ Θήρωνος ἐπαίνῳ, κρύψιν θέλων θεῖναι τοῖς τῶν ἀγαθῶν ἔργοις. Mihi quidem poeta videtur scripsisse: ἀλλὰ μάργων γὰρ ἀνδρῶν τὸ λαλαγῆσαι θέλειν κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν. Nam καλοῖς ἔργοις omnino ab his segregandum et cum proximo enuntiato iungendum in hunc modum: καλοῖς ἔργοις, ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν, καὶ κεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο; i. e. καλοῖς ἔργοις ὅσα καὶ κεῖνος χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο, ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν. Poeta in extremo carmine in angustias compulsus contorta oratione utitur, quemadmodum alias ad stropham novissimam explendam verborum ambagibus uti solet. Hartung priora ita conformavit ἀλλὰ μάργων γὰρ ἀνδρῶν τὸ λαλαγῆσαι, ἐθέλειν κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις. Schmidt satis audacter ἀλλὰ μ. ὑπ' ἀ. τί μάλα πῆσαι, θέλων θέμεν κρύφιον ἐσλῶν καλῶν ἔργοις; spreta Aristarchi emendatione. — V. 98. περιπέφευγεν, A περιφεύγει. — V. 99. καὶ κεῖνος Mommsen, vett. κἀκεῖνος, recc. ἐκεῖνος, ed. Rom. κεῖνος. Et ἐκεῖνος fortasse revocandum, ut poeta ubique brevi syllaba in principio huius versus sit usus, nam ἐσλῶν v. 19 correptionem admittit, ut duo alii loci apud Pindarum arguunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Στρ. α'.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἀδεῖν καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ
κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων εὔχομαι,
Θήρωνος Ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων 5
ἵππων ἄωτον. Μοῖσα δ' οὕτω πῃ παρέστα μοι νεοσίγαλον
εὑρόντι τρόπον
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

Ἀντ. α'.

ἀγλαόκωμον· ἐπεὶ χαίταισι μὲν ξειχθέντες ἔπι στέφανοι 10
πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν καὶ βοὰν αὐλῶν ἐπέων τε θέσιν
Αἰνησιδάμου παιδὶ συμμῖξαι πρεπόντως, ἅ τε Πίσα με γε-
γωνεῖν· τᾶς ἄπο 15
θεόμοροι νίσονθ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,

V. 1. *φιλοξείνοις* et *φιλοξένοις* libri vett. — *ἀδεῖν* plerique vett., *ἁδεῖν* AGXΣ. — V. 3. *ὀρθώσαις* AB, *ὀρθώσας* rell. — V. 4. *ποι* plerique l., *που* C, *τοι* DOP. — *παρέστα μοι* libri praeter D (*παρέσταί μοι*): eandem lectionem *παρέστα* schol. tuentur praeter 2, qui dicit: *οὕτω μοι ἐρχέσθω ἡ Μοῦσα*, nec tamen satis certum est, hunc aliud quid legisse, nam aut *ἔρχεται* scripsit, aut hariolatur tantum, ut commodam eliciat sententiam: nam si totius loci necessitudinem consideramus, consentaneum est, poetam Musae auxilium invocavisse, itaque ferri nequit *παρέστα*, obscuratum autem est ut videtur reconditum aliquod Musae nomen, velut *Μοῖσα Τιτωποῖ, παρίστα μοι νεοσίγαλον κτλ.* h. e. quasi dicas, Musa Aurora. Respicit poeta unam ex Musis, quas Siculus poeta Epicharmus adhibuit, vid. Tzetz. ad Hes. Op. p. 23 ed. Gaisf. *Ἐπίχαρμος δὲ ἐν τῷ τῆς Ἥβης γάμῳ . . . Νειλοῦν, Τριτώνην, Ἀσωποῦν, Ἑπταπόλην* (l. *Ἑπταπόρην*), *Ἀχελωΐδα, Τιτόπλουν, Ῥοδίαν*, ubi *Τιτωποῦν* legendum esse iam alias significavi: ut hanc potissimum eligeret Pindarus, videtur Castorum religione permotus esse. *Παρίστα* Doriensium more dixit poeta, ceterum cf. Empedocl. ap. Hippol. adv. Haeret. 254: *νῦν αὖτε παρίστασο Καλλιόπεια Ἀμφὶ θεῶν μακάρων ἀγαθὸν λόγον ἐμφαίνοντι.* Hartung scripsit *Μοῖσα δ' ἀντωπὸν παρέστα μοι*, Mommsen *μοῖσα δ' οὕτω μοι παρεστάκοι*, Schmidt varia tentavit *Μοῖσα δ' ἀλλά μοι πάρες γ' ἁρμοῖ*, vel *Μοῖσα δ' οὕτω — ποῖς γὰρ ἔπτα μοι νεοσ. εὑρ. τρόπον — Δωρίῳ κτλ.* L. Schmidt tuetur librorum scripturam et haec ad carmen Olympicum II spectare contendit, ita credit facillimo negotio omnes difficultates expediri; ego has argutias, maximeque quae p. 215 disputavit, non intelligo. — V. 7. *θεόδματον* et *θεόδμητον* libri. — V. 8. mire scholiasta bis dicit *συμβαλεῖν τῇ λύρᾳ καὶ τῷ αὐλῷ τὸν Αἰνησιδάμου παῖδα Θήρωνα*, quasi inversam structuram repperisset. — V. 9. *συμμῖξαι* Schneidewin, libri *συμμίξαι*, verum tituli *ξύμμεικτος*, *Μειξιάδης* alia exhibentes productionem testantur. — *με*, Hartung ἔ. — *γεγωνεῖν*, Sch. etiam *γεγώνειν* legi testatur, Pauw (Emperius) *γεγωνεῖ*, Christ *γέγωνεν*, sed neutra coniectura probanda, nam tunc *μοι* scribendum. — V. 10. *θεόμοροι* AMPRZΓ Tricl., *θεόμοιροι* vett. rell., *θεύμοροι* Moschop., *θεόμηροι* Sch. Il. Ξ, 410. — *νίσονθ'* plurimi vett., alii *νίσσονθ'*, Mo-

Ἐπ. α'.

ᾧ τινι, κραίνων ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας
ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
ἀμφὶ κόμαισι βάλῃ γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας, τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιερᾶν παγᾶν ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας,
μνᾶμα τῶν Οὐλυμπίᾳ κάλλιστον ἀέθλων,

Στρ. β'.

δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλλωνος θεράποντα λόγῳ·
πιστὰ φρονέων Διὸς αἴτει πανδόκῳ
ἄλσει σκιερόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις στέφανόν τ' ἀρετᾶν.
ἤδη γὰρ αὐτῷ, πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέντων, διχόμηνις
ὅλον χρυσάρματος ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα,

Ἀντ. β'.

καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾷ
θῆκε ξαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ·

schop. *νείσσοντ'*, schol. Il. *νείσονται*. — V. 12. *γλεφάρων* BEFΔ, ceteri *βλεφάρων*. — V. 13. *βάλῃ*, Tricl. *βάλοι*. — V. 14. *ἔνεικεν*, EFR (MZ) *ἔνεγκεν*, quod praetulit Mommsen. — *Ἀμφιτρυωνιάδας* XG2 recc., *Ἀμφιτρυωνίδας* vett. — V. 15. *Οὐλυμπίᾳ* recc., *Ὀλυμπίᾳ* vett. — *ἀέθλων* vett., *ἄθλων* recc. — V. 16. *πείσαις* AB, *πείσας* rell. — *λόγῳ* vett. (*Π λέγω*), *ὄγε* interpolati. Iam veteres grammatici, quos etiam recentiores partim secuti sunt, v. 15 post *ἀέθλων* stigmen ponendam censuerunt, ut v. 16 novum enuntiatum inchoetur: at nullo pacto *πείσαις* cum *αἴτει* sive *αἰτεῖ* conciliari potest, quod certe *πείθων* dici debebat. Igitur stigmen v. 16 post *λόγῳ* collocavi, ut poeta dicat: *πιστὰ γὰρ φρονέων Διὸς ἐξήτει πανδόκῳ ἄλσει*. hoc enim *αἴτει*, si integrum est, significare intelliget, qui quidem totius loci institutam sententiam accuratius examinaverit, quamquam nullum simile novi exemplum: at vicissim *ζητεῖν* in locum verbi *αἰτεῖν* seriores inprimis substituere solent. — V. 17. *αἴτει* B2CIQ2Z*ΠΣΞ*, *ἔτει* DPQ1O1U, *αἰτεῖ* AB1ENΩΩ, *αἴτει* GOVΓ. Eustath. 381, 27: *λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις καινῶς αἶτος τὸ ἐνδιαίτημα, οἷον Διὸς αἴτει πανδόκῳ*. cf. 907, 63 et Gregor. Cor. 219; cum his consentit schol. Vindob. Recentiores schol. *ᾔτησε* interpretantur; veteres grammatici quid secuti sint prorsus latet, neque certa medela in promptu, nam *ἄγρει* i. e. *ἦρει* non satisfacit. Hartung *αἰτῶν* scripsit, ego aliquando conieci *Διὸς αἰϝεὶ πανδόκῳ ἄλσει* legendum esse, Koenius *Ἄλτει* (cf. Ol. XI, 45), quam coniecturam prius comprobavi: existimabam autem huius vocis interpretatione *ἄλσει* in margine adscripta deinde aliud vocabulum excidisse, velut *Διὸς Ἄλτει πανδόκῳ δοῦναι σκιερόν τε φύτευμα*. Schmidt commendat *λόγῳ πλεῖστ'· ὄφρα νέον Διὸς Ἄλτει πανδόκῳ θάλλοι σκιερὸν κτλ.* — V. 18. *σκιερόν*, CDNOPQΩΩ *σκιερόν*. — *ἀρετᾶν*, X et recc. *ἀρετᾶς*. Fort. *ἀνθρώποις τ' ἀρετᾶν στέφανον*, ut *ξυνὸν* quemadmodum *ἀμφότερον* adverbium sit. — V. 19. *αὐτῷ*, Hecker coniecit *αὐγᾷ*. — V. 21. *ἁμᾷ* Heyne, vett. *ἁμᾶ*, Moschop. *ἅμα*.

ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλεν χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου
Πέλοπος.
τούτων ἔδοξεν γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὐξείαις ὑπακουέμεν
αὐγαῖς ἀελίου.
δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαιν'

Ἐπ. β'.

Ἰστρίαν νιν· ἔνθα Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ
δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δειρᾶν καὶ πολυγνάμπτων
μυχῶν,
εὖτέ νιν ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν
χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξονθ', ἅν ποτε Ταϋγέτα
ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

V. 24. *ἀελίου* ACΞ, *ἁλίου* rell. — V. 25. *πορεύειν*, A *πορεύεν*. — *ὥρμαιν'* libri et schol. praeter A, qui *ὥρμα* (cum gl. *ἐκίνει*), quod Boeckh et Hartung coniecerunt, Mommsen recepit. — V. 26. *Ἰστρίαν νιν* vett., *Ἰστριανὴν* XΩ (B et G ex corr.) et novicii libri auctore scholiasta, qui dicit *τινὲς δὲ ἀναγινώσκειν Ἰστριανήν, ἵν' ᾖ τὴν Ἰστριανήν γῆν*. Scriptura inepta, nam etiamsi doricam formam revocaveris, terminatio insolens. Nec melius res cessit Aristarcho, qui haud dubie ex coniectura scripsit *ὥρμαιν'· Ἰστρία νιν ἔνθα κτλ.*, nam terra dilucide erat describenda, non Diana citra necessitatem inaudito epitheto adornanda: huc accedit, quod elisio versu extremo praesertim in clausula strophae tum demum ferenda, si oratio continuatur: vitavit hanc offensionem Hartung, qui scripsit *ἐς γαῖαν βορείαν θυμὸς ὥρμα, Ἰστρία νιν ἔνθα κτλ.* Ego *ὥρμαιν'* teneo, sed puto poetam scripsisse *ἐς γαῖαν πόρευσιν θυμὸς ὥρμαιν' Ἰστρίαν· ἶν ἔνθα Λατοῦς*. Scripsi *πόρευσιν*, nam *πορεύειν* verbi medii *πορεύεσθαι* vice adhibitum esse improbabile, linguae usu adversante, neque credibile Aeolicam formam *πορευθῆν* i. e. *πορευθῆναι* a Pindaro ascitam esse. Bosler audacter *παρελθεῖν* refinxit. Deinde *ἶν* restitui et cum proximis verbis consociavi: hoc pronomen etiam Grashoff hoc loco delitescere existimavit, sed *Ἰστρίαν ἵν· ἔνθα κτλ.* scripsit, copulans cum verbo *ὥρμαινε*. *Ἶν* in Hesiodio versu *ἶν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίης* dandi est casus, vid. Apoll. de pron. 366, sed idem addit: *ἔστι καὶ ἡ ἶν ἀπὸ τῆς τεῖν παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Κορίννῃ, ἐπὶ δοτικῆς ἔσθ' ὅτε παραλαμβανομένη*, ubi *ἐπ' αἰτιατικῆς* corrigendum esse vidit Bekker. Quemadmodum igitur Corinna et Antimachus *ἶν* accusativi loco adhibuerunt, etiam Pindaro licuit eodem modo *ἶν* usurpare. Antiquitus tradita lectio fuit opinor *Ἰστριανήν*, quod cum manifesto mendosum esset, critici scripserunt *Ἰστρίαν νιν* vel distinctione mutata *Ἴστρία νιν*. Hic quoque Alexandrini germanam scripturam *Ἰστρίαν ἶν* (etiam Apollonii codex in Hesiodi versu *ην* pro *ἶν* exhibet) non indagaverunt. Nuper Schmidt *πόρευεν θυμὸς ὁρμᾶν Ἰστρίαν νιν* legendum suasit. — V. 27. *δέξατ'*, GZ1ΣΠ *δέξετ'*. — *πολυγνάμπτων*, CR1 Tricl. *πολυγνάπτων*. — V. 28. *νιν* Mommsen, libri *μιν*. — V. 30. *Ὀρθωσίᾳ*, hiatum ut removeret Hartung *πέγραψεν* suspicatus est, ego et Ahrens *Ὀρθωσίας* coniecimus, sed dativus requiritur, qui ad verbum *ἀνατιθεῖσα* est referendus. Atque hiatus in dativo primae et secundae declinationis, ut est apud Homerum frequentissimus, ita etiam a Pindaro

Στρ. γ'.

τὰν μεθέπων ἴδε καὶ κείναν χθόνα πνοιαῖς ὄπιθεν Βορέα
ψυχροῦ· τόθι δένδρεα θάμβαινε σταθείς.
τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
ἵππων φυτεῦσαι. καὶ νὺν ἐς ταύταν ἑορτὰν ἵλαος ἀντι-
θέοισιν νίσεται
σὺν βαθυζώνου διδύμνοις παισὶ Λήδας.

Ἀντ. γ'.

τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν Οὐλυμπόνδ' ἰὼν θαητὸν ἀγῶνα νέμειν
ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ ῥιμφαρμάτου
διφρηλασίας. ἐμὲ δ' ὧν πᾳ θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμε-
νίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν κῦδος εὐίππων διδόντων Τυνδαριδᾶν,
ὅτι πλείσταισι βροτῶν

non est alienus: velut Ol. VI, 82 γλώσσᾳ ἀκόνας, Nem. VI, 23 Ἀγησιμάχῳ νίέων. Isth. I, 16 Καστορείῳ ᾗ, ib. 61 Ἡροδότῳ ἔπορεν, videturque ipsa pronuntiatio mitigavisse asperitatem. — ἱεραν, ΩΩ Tricl. ἱράν. In titulis Delphicis ubique ἱαρὸς vel ἱερὸς trisyllabum, sed ἱρεῖς reperitur (n. 314 τοὶ ἱρεῖς, n. 201 τοιρεῖς), cf. ad Pyth. IV, 5. — V. 31. καὶ κείναν Boeckh, libri κἀκείναν (κᾀκείναν). — πνοιαῖς libri (pauci πνοαῖς) et Greg. Cor. 220, πνοιᾶς ed. Rom. et unus liber novicius. — V. 32. θάμβαινε quod olim conieci A, θάμαινε OP, θαύμαινε ceteri (F2 δένδρε' ἐθαύμαινε), Boeckh θαυμαίνει, Kayser θαύμανε. — V. 33. νιν libri praeter A, qui μιν. — δωδεκάγναμπτον libri, non δνωδ., quod exspectaveram. — V. 34. καὶ νὺν scripsi, libri plurimi καὶ νῦν, novicii nonnulli καί νυν. — νίσεται plerique vett., alii νίσσεται, νείσεται, νήσεται, interpolati νείσσεται. — V. 35. διδύμνοις Hermann, διδύμοισι vett. l., διδύμοις A et Triclin., διδύμμοις Moschop., cum qua scriptura licet componere Λευκίμμη ex Λευκίμνη (i. e. Λευκίμη) ortum. — V. 36. ἐπέτραπεν ΑΒΠΣ recc., ἐπέτρεπεν rell. vett. — V. 37. ῥιμφαρμάτου. Schol. Vrat. cum haec habeat: Ἀρίσταρχος παρὰ τὴν ῥῖψιν φησὶ γεγονέναι τὸ ῥιμφαρμάτου· σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὴν ταχεῖαν φοράν, Lehrs insignem scripturae varietatem ῥιψαρμάτου sibi videtur deprehendisse ac Mommseno opprobrio vertit, quod hoc adnotare neglexerit: atqui ῥιψαρμάτου διφρηλασίας plane ineptum Aristarchoque indignum commentum esse ipse Lehrs largitur. Sed vana haec de lectionis diversitate suspicio omnino abiicienda, scilicet scripsit scholiasta τὸ ῥίμφα Aristarchi de veriloquio huius voculae decretum exponens, sed librarius proclivi errore ῥιμφα(ρμάτατον) substituit; cf. Et. M. 704, 18: ῥίμφα, σημαίνει τὸ ταχέως, παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχος· ὡς παρὰ τὸ κρύπτειν κρύφα, οὕτω παρὰ τὸ ῥίπτειν ῥίφα καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ ῥίμφα. — V. 38. πᾳ vel πα novicii libri, nisi quod duo πὰρ ex manifesta interpolatione exhibent, vett. πᾷ, παῖ, πα, πη. Ego eum olim πᾶς commendavissem, postea ἐμὲ δ' ὁμφὰ θυμὸν ὀτρύνει proposui, sed restitutio incerta. Hartung ἐμὲ δ' ἔμπα, Schmidt πᾶν, quod ad κῦδος refert, perperam.

ξεινίαις αὐτοὺς ἑποίχονται τραπέξαις,

Ἐπ. γ'.

εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσοντες μακάρων τελετάς.
εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον,
νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. τὸ πόρσω δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον
κἀσόφοις. οὐ μὴ διώξω· κεινὸς εἴην.

V. 40. *ξεινίαις* Z recc., *ξενίαις* vett. — V. 42. *αἰδοιέστατον*, ANOZ et aliquot nov. *αἰδοιέστατος*. — V. 44. *σταλᾶν* vett. plerique, *στηλᾶν* ABQXZ recc. — V. 45. *οὐ μὴ διώξω* scripsi, itaque iam Mingarelli correxit, *οὔ μιν δ.* vett. plurimi, *οὔ νιν* C1N, *οὐ μὴν* BC2 recc., *οὔ μὴν Σ*. Thiersch *οὐ μὰν*. — *κεινὸς*, D1 *κεῖνος*, U1Q *κεῖνὸς*, utramque scripturam agnoscunt schol.

ΕΠΙΝΙΚΟΙ

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙΣ.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩι

ΑΠΗΝΗι

ΩιΔΗ Δ.

Stropha.

⏑ ⏑ ± ⏑ – ⏑ ⏓

– ± ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ± ⏑ – ⏑ – ⏒

⏑ ⏑ ± ⏑ ⏑ – ± ⏑ ⏑ – ± ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒

– ± ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – –

5 – ± – – ± –

⏑ ± ⏑ – ⏑ ± ⏑ ⏑ –

⏑ ± ⏑ – ⏑ – ⏒

– ± ⏑ – ⏑ ⏑ – ± ⏑ –

± ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –. ± ⏑ – ⏑ ⏓

10 – ± ⏑ ⏑ – ± ⏑ –

⏑ ⏑ ± ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏒

Epodus.

– ± ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒

± ⏑ ⏑ – ⏑ – –

⏑ ± ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ± ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ± ⏑ ⏓

5 ⏑ ± ⏑ – ⏑ ⏑ – ± ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ –

± ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

– ± ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑ ± Λ – ⏑ – ⏑ ± ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

10 ⏑ ± ⏑ – ⏑ ⏓

In inscriptione *ἀπήνῃ* Boeckh ex coniectura, libris adversantibus, nam A *ἅρματι*, reliqui *ἵπποις*, praeterea addunt BDEP *νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα τεθρίππῳ παιδὶ ἄκρωνος*. Consentiunt schol. et de certaminis genere et de tempore, nisi quod unus liber *οβ'* pro *πβ'*. Pindari carmen in neutram partem momentum fa-

Στρ.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε
βροντᾶς ἀκαμαντόποδος Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι
ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν
ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων.
ξείνων δ' εὖ πρασσόντων
ἔσαναν αὐτίκ' ἀγγελίαν ποτὶ γλυκεῖαν ἑσλοί.
ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις
ἵππον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν δέκευ
Χαρίτων ἕκατι τόνδε κῶμον,

Ἀντ.

χρονιώτατον φάος

cit; poeta curulem victoriam dicit, fortasse consulto ambiguo sermone usus. Ad eandem Olympiadem revocant carmen Ol. V eidem Psaumidi dedicatum, ut ipse poeta plane dicit in memoriam victoriae mulis partae; in quo carmine cum v. 7 triplicem victoriam equestrem significari veteres interpretes perperam existimarent, carm. IV victorem *τεθρίππῳ*, carm. V *ἀπήνῃ* et *κέλητι* (alii hoc carmen ad triplicem victoriam rettulisse videntur) celebrari contenderunt, vid. Inscr. V et Schol. Verum alios seorsim sensisse ostendit schol. Vrat. V 19, is enim quadrigarum victoriam Ol. 82, rhedae mularis Ol. 81 adscripsit, sed hanc quidem Olympiadem ratiocinatione assecutus, probabili sane, si bis Olympiae vicit Psaumis; nam potuit Pindarus c. IV mularum decus quadriennio ante partum silentio praetermittere, at si Ol. 83 Psaumis mulis vicisset (ultimus ille quidem omnium, qui hoc genere certaminis per annos 52 vicerunt, nam sch. V 6 pro *δεκαετὴς* est *δυοκαιπεντηκονταετὴς* legendum), poeta qui c. V scripsit, victoriam quadrigarum Ol. 82 reportatam haud dubie significavisset. Cum *ἀναγραφῶν* monumentis careamus, non licet disceptationem ad liquidum perducere, itaque satius duxi Boeckhio duce *ἀπήνῃ* rescribere.

